PHARMACOPOEIA

DOMESTICA,

In uſum Eorum, qui Ruri Medicinam facientes neceſſe habent, ut Pharmacothecas privatas ſibimet conſtruant;

Scholiis, Virium que Enarrationibus illuſtrata,

Et in LIBROS duos diſtributa;

Per THOMAM FULLER, M. D. Cantab.

LONDINI:
Impenſis GUL. & JOH. INNYS, in Areâ Occidentali D. Pauli 1723.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

PHARMACOPOEIÆ DOMESTICÆ

LIBER PRIMUS;

Ejuſmodi Medicamenta exhibens, quibus Officinæ Medicamentariæ privatæ carere non debent.



Ad LECTOREM.

QUANDOCUNQUE acerbius quid patimur, ex Naturæ Inſtituto confeſtim Remedia perquirimus.

Ità Primævos (etiam Antediluvianos) Homines, ſimulac Doloribus & Morbis afficerentur, medicinalia Auxilia circumſpexiſſe; atque exindè, ſtatìm ab Orbe condito, Artem Medicam natales habuiſſe, credibile eſt.

Cùm verò Scientiæ & Artes, non ſimùl & primo Tentamine, ſed pedetentìm & varias poſt Emendationes, ad Perfectionem perduci ſoleant; Priſci illi Inventores in principio paucis, iiſque vix benè notis Herbis uſi ſunt; atque craſſâ adhuc in earum Præparatione, nempè ſim-

plici Contusione & Expressione, acquieverunt.

Ineuntibus vero Seculis, (Dies enim diem docet) cùm ulteriùs provecti, de copiosiori Materiâ, peritâ Præparatione & necessariâ Compositione sedulò cogitassent; mox infinitas ferè Medicamentorum Myriades in Publicum profudere; Nobisque Posteris benignè & humaniter tradidere.

Quid mirum si tunc, ob insuperabilem eorum temporum Ignorantiam, Allucinationes quasdam passi fuerint, & Errores aliquot admiserint?

Ausim dicere, Nos, (socordes, malevolos, & Suffænos Nos) si Sors ita tulerat, ut ante Artes inventas nasceremur, his longè & Plures & Graviores admissuros fuisse.

Illi verò Philanthropi & Philoponi, si nunc reviviscerent, non solummodò Errores suos libentissimè emendarent, sed insuper Medicinæ Pomœria splendidissimè ampliarent.

Ob tot tantaque in nos collata Beneficia, quid rectius, quid grato animo dignius, retribuere possumus, quàm amicâ lenitate eorum Inscientias castigare, Defectus supplere; & Rei Pharmaceuticæ, (cujus Fundamina illi primi jecerunt) quantum in nobis est, Colophonem addere.

Ad præclarum & utile hoc opus promovendum, Egomet olim aliquid tentavi;

vi; & nunc denuo hoc Symbolum animitùs affero.

De aliorum Pharmacopœiis non eſt ut quid dicam: ſolum enim meum ad me pertinere puto.

In duos Libros diſtribui. In Priori, ejuſmodi Medicamenta, quibus Officinæ privatæ carere non debent; In Poſteriori, quibus eædem locupletiores fieri poſſint, repoſui.

Atque hæc agens, 1. Materiæ Medicæ ſupellectilem, curtam quidèm, ſed haud deficientem cogere conatus ſum.

2. E Compoſitis (ubicunque integrum mihi fuerit) ſuperflua, inutilia, injucunda, ſumptuoſa, & vel paratu vel præparatu difficilia exſecui & abjeci.

3. Quoties de trito & aſſueto tramite deceſſi, Rationes me eò impellentes adduxi.

4. Officinalibus quædam extemporanea ſparſim intermiſcui; ad exemplum Antid. Rom. Pharmac. Venet. Auguſtin. &c. atque (quæ plus ponderis apud me habet, quàm cæteræ omnes ſimul ſumptæ) Pharmacopœiæ ipſius Londinenſis.

Hæc omnia in gratiam & uſum eorum exaravi; quorum dura Sors, per omnes Vitæ Dies Ruri agere, & ruſticis agreſtibuſque Medicinam porrigere juſſit.

Horum aliqui Pharmacopœis & Pharmacis idoneis carentes, neceſſe habent, ut in-

tra parietes domeſticos Officinas medicamentarias ſibimet conſtruant.

Meminerint verò illi; earum uſum eſſe, minimè ut ibi, quaſi in Foro Mercatorio Medici, licitarentur & Medicamenta venundarent: Sed ut Rebus ſuis, Oculis ſuis proſpiciant: Et iis quibus ad propriam Praxin opus habeant, nullo unquam tempore deſtituantur.

Atque hìc nollem, vehementèr nollem, Collegium Medicorum Londinenſium hoc cœptum meum gravitèr ferre, aut mihi vitio vertere; cum Pomœria mea (utì credo) non exceſſerim; nec Provinciam Regiâ Authoritate illis delegatam invaſerim.

Nam, quemadmodùm in Eccleſiâ, ad uniformem cultûs divini rationem conſervandam, Miniſtri omnes Statuto Parliamentario aſtringuntur, Orationes coram cœtu populari, non aliter recitare, quàm in Libro Communium Precum deſcribuntur; & tamen nihilominùs, liberum quibuſcunque ſit, ut in propriâ Familiâ, aliis Formulis, pro libitu, è Libro Privatarum Precum, Deo cultum præſtent: Ita, ſi Lege ſancitum ſit, nequis aliam Medicamenta conficiendi Regulam, præter illam Pharmacopœiâ Londinenſi præſcriptam, ſequatur; hoc non impedit, quò minùs quis Medicamenta, Domi, in proprium uſum, prout voluerit, componat & diſpenſet.

Et

Et Proclamatio Regia planiſſimè Medicis poteſtatem fecit, ut [by the ſpecial Direction, or Preſcription of ſome learned Phyſician] ſpeciali Directione, aut Præſcriptione periti alicujus Medici, alio modo conficiantur.

Denique, Lector mihi exorandus eſt, ut hæc mea Opera boni conſulat. Laboribus enim, Annis & Arthritide confectus, Ruri mecum habitans, & penitùs totâ diviſus Urbe, Nemine è Medicis familiariter utor, quîcum communicem; & quem de Omiſſis & Commiſſis conſulam.

Proindéque multa hìc paſſim minùs accuratè tractata obſervationem meam effugiſſe ſuſpicor. Omnium verò delictorum veniam eò faciliùs mihi dandam fore ſpero; quod publicè profiteor, ME NEMINI OBESSE, SED QUOTQUOT POSSUM, PRODESSE VELLE.

MENSURÆ.

Modius	Cong. 8.	Pint. 64.	Unc. 1024.
Congius	Pint. 8.	Unc. 128.	
Pinta	Unc. 16.		

PONDERA.

Libra	Unc. 12.	Drach. 96.	Scrup. 288.	Gran. 5760.
Uncia	Drach. 8.	Scrup. 24.	Gr. 480.	
Drachma	Scrup. 3.	Gr. 60.		
Scrupulus	Gr. 20.			

Simplicia in Officinis asservanda.

Radices.

Allii.
Althææ.
Angelicæ Hispanicæ.
Aristolochiæ rotundæ.
Bryoniæ albæ.
Calami aromatici.
Chinæ.
Contrayervæ.
Curcumæ.
Enulæ.
Galangæ.
Gentianæ.
Glycyrrhizæ.
Hellebori albi.
——nigri.
Jalapii.
Ipecacoanhæ.
Iridis Florentinæ.
Pæoniæ maris.
Polypodii quercini.
Pyrethri.
Rhabarbari.
Rubiæ Tinctorum.
Sarsaparillæ.
Scillæ.
Serpentariæ Virginianæ.
Tormentillæ.
Turpeti.
Zedoariæ.
Zinziberis.

Cortices.

Cinnamomi.
Granatorum.
Macis.
Peruvianus.
Winteranus.

Ligna.

Guaiacum.
Santalum citrinum.
——rubrum.
Sassafras.

Herbæ.

Absinthium marinum.

——Romanum.
——Vulgare.
Althæa.
Carduus benedictus.
Centaurium minus.
Dictamnum Creticum.
Euphrasia.
Hedera terrestris.
Hypericum.
Mentha sativa.
Pulegium.
Salvia.
Senna.
Spica nardi.
Tussilago.
Virga aurea.

Flores.

Balaustiorum.
Chamæmeli.
Croci.
Lavendulæ.
Macis.
Rosarum rubrarum.
Stœchados Arabici.

Fructus.

Amygdalæ amaræ.
——dulces.
Cardamomum.
Caryophyllus aromaticus.
Cassia fistula.
Colocynthis.
Cubebæ.
Ficus.
Granum Paradisi.
Juniperi baccæ.
Lauri baccæ.
Myrobalanus citrina
Nux Moschata.
Papaveris albi Caput.
Piper album.
——longum.
Pruna Gallica.
Tamarindi.

Semina.

Anethi.
Anisi.
Carui.
Coriandri.
Cydoniorum.
Cymini.
Dauci sylvestris.
Fœniculi dulcis.
Fœnugræci.
Hordeum perlatum.
Hyoscyami albi.
Lini.
Pæoniæ maris.

Papaveris albi.
Petroselini.
Psyllii.
Santonici.
Sinapeos.
Urticæ.

Gummi & Resinæ.

Asa fœtida.
Benzoinum.
Camphora.
Caranna.
Gummi Ammoniacum.
———Arabicum.
———Galbanum.
———Guaiaci.
———Tragacantha
Mastiche.
Myrrha.
Olibanum.
Pix arida.
———Burgundica.
———Liquida.
Resina vulgaris.
Sanguis Draconis.
Scammonium.
Styrax calamita.
Tacamahacca.
Thus.

Balsama.

Capivii.
Gileadense.
Peruanum.
Tolutanum.
Pix Barbadensis.
Styrax liquida.
Petroleum.
Terebinthina Argentoratensis.
———è Chio.
———Communis.
———Cyprea.
———Veneta.

Succi Concreti.

Acacia.
Aloe. ———
Euphorbium.
Gambogia.
Glycyrrhizæ. ———
Hypocistis. ———
Manna.
Ol. Macis expressum
Opium.
Saccharum album.
———candum album.
——— depuratissimum.

Terra

Terra Japonica.

SUCCI LIQUIDI.

Chermes.
Ol. Olivarum.

E PLANTIS NATA.

Agaricus.
Fungus Sambucinus.
Gallæ.
Viſcus arboreus.

ANIMALIA eorumque PARTES.

Axungia Porcina.
Bezoar orientale.
Cancrorum Chelæ.
——Oculi.
Cantharides.
Caſtoreum.
Cera alba.
——citrina.
Coccinilla.
Cornu cervi calcinatum.
——Raſura.
Eboris Raſura.
Hirudines.
Ichthyocolla.
Margaritæ.
Mel.
Millepedes.
Moſchus.
Sevum Cervinum.
Sperma Ceti.
Stercus album Canis.
Teſtæ Oſtrearum.
Viperina Caro ſiccata.
Zibethum.

MARINA.

Ambra grifea.
Corallina.
Corallium marinum.
Succinum.

MINERALIA & TERRESTRIA.

Ærugo.
Antimonium.
Argentum vivum.
Auri folia.
Bolus Armena.
Ceruſſa.
Cinnabaris nativa.
Ferri limatura.
——Rubigo.
Hæmatites.
Lithargyrus Argenti.
——Auri.

——Auri.
Minium.
Sulphur.
Tegula Hibernica,
Tutia.

SALES.

Alumen rupeum.
Borax Veneta.
Sal Armoniacum.
——Gemmæ.
——Marinum.
——Nitrum.
Tartarus.
Vitriolum album.
——Anglicum.
——Hungaricum vel Dantiscinum.
——Romanum.

Simplicia Usûs tempore petenda.

RADICES,

Angelicæ Anglicæ.
Apii.
Ari.
Asparagi.
Bardanæ.
Boraginis.
Bryoniæ albæ.
Cepæ.
Cichorii.
Consolidæ majoris.
Cynogloffi.
Filicis Floridæ.
——Maris.
Fœniculi.
Graminis canini.
Imperatoriæ.
Iridis nostratis.
Lapathi acuti.
Lilii albi.
Ononidis.
Petasitidis.
Petroselini.
Rapi.
Raphani sylvestris.
Rhabarbari Monachorum.
Satyrii.
Scrophulariæ majoris.

Sigilli

Sigilli Solomonis.
Tussilaginis.
Urticæ.

Cortices,

Aurantiorum.
Berberis.
Citrii.
Ebuli.
Fraxini.
Limonum.
Prunelli sylvestris.
Quercûs.
Sambuci.
Ulmi.

Herbæ.

Absinthium vulg.
Acetosa.
Acetosella.
Alchimilla.
Apium.
Asarum.
Atriplex olida.
Bardana.
Becabunga.
Betonica.
Borago.
Bugula.
Caprifolium.
Cardamine.
Cardiaca.
Centinodium.
Chamæcyparissus.
Chamædrys.
Chelidonium majus.
Cichorium.
Cicuta.
Cochlearia hortensis
——marina.
Cyclamen.
Cynoglossum.
Dens Leonis.
Ebuli folia.
Elatine.
Equisetum.
Fœniculum.
Fragaria.
Fumaria.
Galega.
Hedera terrestris.
Hepatica fontana.
Horminum.
Hyoscyamus albus.
Hyssopus.
Lamium alb. & rub.
Lavendula.
Lauri folia.
Lingua Cervina.
Majorana.
Malva.
Matricaria.
Mentha.
Millefolium.
Nasturtium

Naſturtium aquaticum.
Nummularia.
Ocimum citratum.
Parietaria.
Pentaphyllum.
Petroſelinum.
Piloſella.
Pini ſummitates.
Plantago.
Portulaca.
Pulegium.
Roſmarinus.
Ruta.
Sabinæ ſummitates.
Salvia.
Sambuci folia.
Sanicula.
Scabioſa.
Scordium.
Sedum majus.
Senecio.
Serpyllum.
Solanum lignoſum.
Stramonium.
Tamariſci ſummitates.
Tanacetum.
Telephium.
Tormentilla.
Vitis folia.
Vinca.
Ulmaria.
Urtica.

FLORES,

Caryophyllorum.
Liliorum alborum.
——Convallium.
Malvæ.
Nymphææ.
Pæoniæ.
Papaveris rubri.
Paralyſeos.
Roſarum albarum.
——Damaſcenarum rubrarum.
——Tuſſilaginis.
Violarum.

FRUCTUS.

Aurantium.
Ceraſa nigra.
Citrium.
Cydonium.
Cynosbati fructus.
Granatum.
Limonium.
Morum.
Paſſulæ Corinth.
——Solis.
Prunella ſylveſtria.
Rubi Idæi fructus.
Sambuci baccæ.

Spinæ

Spinæ albæ fructus.
——Cervinæ baccæ.

Succi Liquidi.

Acetum.
Aurantiorum.
Berberum.
Betulæ.
Ceraſorum nigrorum.
Citrii.
Cydoniorum.
Granatorum.
Herbarum quarumlibet.
Limonum.
Pomorum hortenſium.
——Sylveſtrium
Vina quælibet.

Ex Animalibus.

Adeps Anſeris.
Apes.
Butyrum.
Cancri fluviatiles.
Fel Anguillæ.
——Bovis.
Lac Aſininum.
——Muliebre.
——Vaccinum.
Limax.
Lumbricus.
Ol. è Pedibus Bovinis.
Ovi Albumen.
——Vitellum.
Sevum Bovinum.
——Ovinum.
——Vitulinum.
Sperma Ranarum.
Stercus Anſerinum.
——Columbinum.
——Equinum.
——Vaccinum.
Telæ Aranearum.
Urina humana.

Simplicia ad libitum addenda.

Radices,

Anchuſæ.
Aſari.
Biſtortæ.
Caſſummuniar.
Coſti dulcis.
Cyclaminis.
Cyperi longi.
Dictamni albi.
Doronici Romani.
Eryngii.
Mechoacannæ.
Mej Athamantici.
Scorzoneræ.
Valerianæ majoris.
———ſylveſtris.

Herbæ.

Abrotanum mas.
———fœmina.
Adianthum album.
Agrimonia.
Artemiſia.
Calamintha.
Burſa Paſtoris.
Capillus Veneris.
Ceterach.
Chamæpitys.
Cupreſſi ſummitates.
Epithymum.
Eryſimum.
Geniſta.
Linum Catharticum.
Marum.
Mepeta.
Nicotiana Virginiana.
———Anglica.
Origanum.
Paronychia, folio Rutaceo.
Praſium.
Ruta muraria.
Satureia.
Trifolium paludoſum.

Flores,

Anthûs.
Betonicæ.
Calendulæ.
Digitalis.

Lamii alb.
——rub.
Meliloti.
Nymphææ.
Roſæ albæ.
Salviæ.
Sambuci.
Tapſi barbati.
Tiliæ.

Fructus.

Alkekengi.
Cupreſſi Coni.
Meſpili.
Myrti baccæ.
Pini Coni.
Piper de Guineâ.
——Jaimaicenſe.
Piſtachiæ Nuces.

Semina.

Ammeos.
Angelicæ.
Atriplicis ollidæ.
Cannabis.
Carthami.
Cicer rubrum.
Cochleariæ hortenſis
Cucumeris.
Dauci Cretenſis.
Faba.
Fraxini.
Lupinus.
Orobus.
Oryza.
Peponis.
Petroſelini Macedonici.
Sophiæ Chirurgorum
Viciæ.

Gummi, Resinæ, &c.

Gummi Animæ.
Bitumen Judaicum.
Gum. Elemi.
Fuligo è ligno dura.
G. Juniperi.
Labdanum.
Lacca.
Opopanax.
Pix Barbadenſis.
Sagapenum.
Sarcocolla.

Succi Concreti.

Amylum.
Elaterium.
Fæcula Ari.
——Bryoniæ.
Oleum Palmæ.
Succ. Prunellorum
ſylveſt.
——Rutæ.

Sapo

Sapo Venetus.

Ab ANIMALIBUS.

Apri Dens.
Bezoar occidentale.
è Carpionum Capite lapides.
è Cervi Corde Os.
Cranium humanum.
Lucii Piſcis Mandibula.
Moſchus è Cranio humano.
Ovi Teſta.
Pavonis ſtercus.
Pellicula interna Ventriculi Gallinæ.
Sanguis Hircinus.
Sepiæ Os.
Serpentum Exuviæ.
Ungula Alcis.

Uſnea è Cranio humano.

E TERRA.

Arſenicum album.
——citrinum.
Biſmuthum.
Calx.
Creta alba.
Gypſum.
Lapis Armenus.
——Calaminaris.
——Lazuli.
Ochra.
Oſteocolla.
Plumbum.
Pompholyx.
Rubrica fabrilis.
Stannum.
Talchum.
Terra Cimolia.

PHARMACOPOEIA DOMESTICA.

Acetum Scilliticum.

℞ LAMINARUM (inter Corticem & Cor mediarum) Scillæ q. v.

Filo trajice, sed sigillatim, ne sese contingant: Atque ità in umbrâ per 40. Dies, vel donec tota humiditas absumatur, & ipsa fiant minùs acres, repone.

Harum libram unam, Cultello ligneo, in taleolas conscinde, in Lagenam vitream immitte; additisque Aceti Pintis vj, & vase probè

probè obturato, radiis Solaribus alteros 40 Dies expone.

Postea scillam exprime & abjice; atque Acetum residuum, subsidendo depuratum, ad usum reserva.

Enarratio Virium.

Gulam & Ventriculum refrigerat, Phlegma viscosum incidit. Rarò per se usurpatur; sed ad Oxymel scilliticum parandum expetitur.

Aquæ Simplices in Officinis asservandæ.

Cerasor. nigr.	Puleg.
Hyssopi.	Rosarum Damascenarum.
Lactis Simplicis.	Rutæ.
Menthæ.	Spermat. Ranar.
Plantag.	Flor. Sambuci.

Aquæ Spirituosæ, & Compositæ.

Ad hasce destillandas requiruntur Spiritus Vini, & Aqua.

Hic Vini Spiritus debet esse summè rectificatus; quia

1. A Phlegmate fœdo & fœtido (Spiritus vulgo

vulgo venales inquinante) liberatus, Aquam reddet puram putam genuinam.

2. Cùm totus ferè sit, sine mistione, Spiritus sincerus; certam & definitam proportionem admittet; adeóque fiet, ut Aqua ejusdem generis, diversis aùt temporibus aut locis destillata, semper æque fortis, & sui similis habeatur.

3. Ita porrò sumptui parcetur; siquidem hujus Congius unus dabit Aquæ satìs spirituosæ Congios tres.

Præter Spiritum, Aqua etiàm requiritur, partìm ad Spiritûs fervorem attemperandum, partìm ad Liquoris destillandi materiem suppeditandam, partímque ad Ustionem prohibendam.

Minimè tamen opus erit, ut quantitatem Aquæ hujus scrupulosè quis dimetiat: si enìm aliquantò plus quàm strictè exigitur in Vesicam immittat, nil omninò incommodi exinde orietur: Quià postquam Spiritûs & Aquæ dimensum, exactè idem ac præscriptum fuit, prolicitur; id Aquæ quod demùm a destillatione in fundo cum Magmate residebit, necessarium erit ad Empyreumatis noxam inhibendam.

Aqua

AQUA AROMATICA,

pro

AQUA MIRABILI.

℞ RAD. Galang.
Zinzib.
Nuc. Moſch.
Mac.
Cinnam.
Caryophyll.
Cardamom.
Cubeb. ā. ℥vj.
Spir. Vin. ſummè rectif. Cong. j.
Deſtill. Cong. iij. ſ. a.

SCHOLIA.

1. Proculdubio hujus Author, cùm animadvertiſſet multos Spirituum ingurgitationi enormitèr deditos lctero eſſe obnoxios; huic malo ut Specificum aliquod adaptaret, & Aquam ardentem innocuam redderet, Chelidonii ſuccum huc accerſivit: Sed ridiculè ſatis; ſiquidèm iſte Succus, quando deſtillatur, Amarorem & Acredinem ſuam Medicamentoſam omnem

exuit; & merum inſipidum Herbæ Sudorem, qualitatibus carentem, reddit. Eâ de re, ut ſumptui & operæ parcam, ejus loco, Aquâ ſimplici uſus ſum.

2. Ingredientibus his Cinnamomum addere placuit; quia inter jucundiſſima & præſtantiſſima Aromata Stomachica merito locum tenet.

VIRES.

In Aquâ hâc, omne quod ab Aromatibus deſtillando obtineri poteſt, reperitur: Spiritus in Ventriculi Nervis, Fibris & Membranis ſtationarios ovare facit: Calorem nativum reſuſcitat: Bradypepſiam emendat: Flatus diſcutit.

Aqua Cardiaca major,

vel

Cinnamomi fortis.

℞ Cinnam. contuſ. ℥xxiiij.
Spir. Vini rectif. Pint. viij.
Aquæ puræ Cong. iiij.
Digeſtione tepidâ per noctem factâ,
Deſtil. Cong. iij.

VIRES.

VIRES.

Cinnamomi partes delicatas Aromaticas tenet integras: Aſtringentes verò inter deſtillandum deperdit: atque ideò non æque Alvum cohibet, ac Cinnamomum ipſum in ſubſtantia ſumptum.

Spiritus mirificè recreat: Cordi, Ventriculo, omnibuſque Viſceribus grata eſt: Vires reparat: Languores ſolvit: Nauſeam levat: Vomitionem fiſtit: Diarrhæam reprimit: Menſes & Partum accelerat. Non, ut Aqua Abſinthii Comp. ſolet, Sanguinem accendit, nec Caput malè petit.

Aqua Cardiaca minor,

ſive

Aqua Cinnamomi tenuis.

℞ Cinnam. confracti ℥xij.
Aq. Cong. iiij.

Leni tepore, vaſe benè clauſo, per noctem digerantur. Deinde Aqua deſtilletur, donec albeſcere deſinat; quod indicio erit, Oleum eſſentiale tunc totum eſſe exhauſtum.

Singulis ejus Pintis addatur Sacch. can-

di albi ℥j. nempè ad prohibendum, ne pars oleosa ab aquosâ secedat.

VIRES.

Cardiaca, Stomachica, Emmenagoga est; & à majori nil discrepat, nisi quòd minùs calefacit; & Febricitantibus accomodatior est.

Aqua CEPHALICA,

pro

Aq. Pæon. Comp.

℞ Rad. Pæon. non siccatæ ℥xviij.
Amygd. amar. ℥vj.
Herb. Roriſmar.
Rutæ,
Serpylli,
Flor. Lavend. siccat. ā. ℥iij.
Cinnam.
Cubeb.
Sem. Angel.
Coriand.
Carui.
Aniſi, ā. ℥ſs.
Spir. Vin. rectif. Cong. j.
Aq. Simplic. Cong. v.
Destil. Cong. iij.

SCHOLIA.

Scholia.

Aqua Pæoniæ compoſita (olim Antepileptica Langii dicta) mihi videtur nimis elaborata, inepta, confuſa & paratu moleſta: Novam ergo & commodiorem componere anniſus ſum.

1. Etſi Radices Pæoniæ non admodùm Deſtillationi idoneas judico, retineo tamen, communi uſui morem gerens; & quia Flores & Semina ejus prætermiſi, Radicum pondus ad ℥xviij. adauxi.

2. Cum Florum Liliorum Convallium virentium, è Stipitibus liberatorum, ℔j. non ubivis locorum facilè legitur; nec quid fragrantiæ ſuæ, (in quâ ſolâ vis Medica conſiſtit) inter deſtillandum, Aquæ impertiat; quorſum ampliùs retinerentur, planè neſcio.

3. Flores Tiliæ, Pæoniæ, Tunicæ, Paralyſeos. Rad. Dictamni albi, Ariſtolochiæ, Scillæ, Pyrethri ℥j. Sem. Pæon. & Rutæ ℥iij ſs. Fol. viſci (& præſertim Quercini, qui vix ullibi apud nos reperitur) hucnulla ferè Symbola conferunt: Adeoque inter cætera locum non merentur.

4. Pro Florum Roriſmar. Pug. vj. (incertâ hâc puſillâ, & inefficaci quantitate) ſummitates ejus dedi.

5. Pro Flor. Stæchad. Pug. iiij. (quid enim tantilla portio in tantâ hâc Compoſitione

ſitione poteſt?) Flor. Lavend. ℥j. introduxi.

6. Aromata auxi; ſeminaque quædam Aromatica de novo addidi.

7. Ceraſorum Succus per ſe, & Nucleis non contuſis, præbet inter deſtillandum abſolutè nil, præter ſinceram Lympham, qualitatibus caſſam: Eum ergo ejectum volui: Illius verò jacturam abundè ſupplent Amygdalæ amaræ, quæ longè ſunt Sapidiores quàm Nuclei Ceraſorum; & Aquam præſtant ſubamaram amæniſſimam.

8. Malim Spiritum Caſtorei Aquæ jam deſtillatæ pro lubitu admiſcere, quam cum cæteris deſtillare.

Vires.

Cerebrum & Nervos calefacit, detergit, inflat, firmat; ad Affectus Convulſivos, Paralyticos & Soporoſos commodiſſimè præſcribitur.

Ubi vero Spiritus ſunt nimìs agiles & irrequieti; ut in pertinacibus Vigiliis, Phrenitide, Dolore Capitis inflammatorio &c. Excandeſcentiam augendo, malum intendit.

Aqua

Aqua Diuretica,

pro

Aqua Raphani Comp.

℞ Rad. Raph. Sylveſt. non ſiccat.
Bryon. alb. ā. ℥xviij.
Cort. Limon. recent.
Winteran.
Nuc. Moſch. ā. ℥iij.
Succ. Cochl. hortenſ.
Spir. Vini rectif. ā. Pint. vj.
Aq. Simpl. Cong. v.
Deſtill. Cong. iij.

Scholia.

1. Cochlearia marina, iis qui longè à Mari diſtant, haud facilè acquiritur. Inſupèr verò illius Succus, ſicùt & Becabungæ & Naſturtii aquat. Deſtillationi commiſſus nil niſi Aquam elementarem producit: Adeoque ſine ullo damno poteſt omitti.

2. Arum abſtuli; partìm quia medica ejus Acredo non permanet in Aquâ deſtillatâ, partìm quia non niſi Verno tempore reperitur. Verùm Aqua Raphani debet eſſe recens, & ſæpè in Anno parata; ſecùs

enim pars ejus potiſſima, ſcilicet Volatilis & acris, evaneſcet.

Vires.

Horum Ingredientium Sal acre non tantummodò Sanguinem eliquat & Serum ejus ſeparat; ſed inſuper partes Urinæ excernendæ dicatas ſuppungit, & ad excretionis niſum ſtimulat.

Uſui eſt ad Urinam ciendum; atque ad Mucum, Arenulas Sabulumque expellendum.

Cæterùm ubi Renum aut Veſicæ Inflammatio aut firmatus Calculus adeſt, ubi Mictus ſanguineus, Ardor Urinæ & Stranguria; non ſine magno ægrotantis malo ſumi poteſt.

Aqua Lactis Loimica,

pro

Aqua Lactis Alexiteriâ.

℞ Herb. non ſiccat. Ulmariæ ℥xviij.
Abſinth. vulg.
Ment.
Rutæ, ā. ℥vj.
Lact. vaccin. Cong. vj.
Deſtill. Cong. iij. vel. q. ſ.

Scholium.

Scholium.

Card. Bened. Galega & Angelica nullum Saporem Odoremve, cum deſtillantur, edunt: Ideoque illas miſſas feci.

Vires.

Nonnunquam ita evenit in Febribus, ut Ventriculus ardore torreatur, Sanguis valdè accendatur, atque eodem tempore Spiritus particulis malignis impetiti ſuccumbant.

Hoc in caſu, nec Viſcera nec Sanguis Spiritus ardentes (ferè cauſticos) ferre poſſunt: Et tamen neceſſe eſt, ut Spiritibus ſuccurratur. Huic uſui Aqua hæc maximè accommodata videtur.

Aqua Loimica.

pro

Aquâ Epidemiâ.

℞ Rad. Angel. (non ſiccat.) ℥ix.
Zedoar.
Herb. Rutæ.

Menth.
Roriſmar.
Bacc. Junip.
Theriac. Androm. ā. ℥iſs.
Rad. Serpent. Virgin.
Sem. Angel. ā. ℥vj.
Spir. Vin. rectif. Cong. j.
Aq. Simpl. Cong. iiij.
Deſtill. Cong. iij.

Scholia.

1. Herb. Chelidon. maj. Salvia, Abſinth. Rom. Dracont. Agrimonia, Meliſſa, Centaur. min. Card. Bened. Betonica, cum nil præter numerum addunt, & molem augent, non tanti mihi videntur, ut hìc locum ſibi vendicent.

2. Sem. Angelicæ, Bacc. Junip. & Theriac. Androm. utpotè ſumma Alexipharmaca, introduxi.

Vires.

Hujus Aquæ Ingredientia non ex iſtiuſmodi Aromaticis particulis conſtant, quæ ſolummodo Ventriculum, Inteſtina & Partes ſolidas contactu amæno refocillant & roborant; ſed ex Materiâ plurimùm ſubtili, activâ & ſubigi neſciâ, quæ peculiaritèr & pernicitèr Sanguinem trajiciendo, & Spiritus vividè exſuſcitando, Malignitatis retinacula

retinacula ſolvunt, Aculeos diffringunt, & Atomos deleterios exterminant.

Aq. Matricariæ Comp.

pro

Aq. Bryon. Comp.

℞ Succ. Bryon alb. Pint. vj.
Matricariæ,
Rutæ, ā. Pint. iij.
Herb. Puleg. ℥vj.
Thymi,
Summit. Sabinæ, ā. ℥iij.
Arb. Vitæ,
Myrrh. ā. ℥iſs.
Sal. Tart. ℥vj.
Cort. exter. recent. Aurant. ℥iij.
Spir. Vini rect. Cong. j.
Aq. puræ Cong. iiij.
Deſtill. Cong. iij.

Scholia.

1. Matricariam, ad hunc uſum, Artemiſiâ longè præſtantiorem credidi; ideóque hanc abſtuli, & illam adduxi.

2. Nepeta cum rariùs naſcatur; veriſimile eſt, iſtiuſmodi Pharmacopœos, qui Laborem reformidant, illam omninò o-

missuros fore: Ob hanc causam, à me prætermittitur. Atque hìc obitèr Author essem ut, quotiescunque res ferat, nullum simplex nisi vulgare & facilè parabile præscribatur.

3. Ocimum planta quidèm est, Odore tenus, gratissima; Texturâ verò adeò delicatâ & imbecilli, ut Fervorem & Bullitionem cum cæteris in Vesicâ, nequaquàm sine totius destructione ferre potis sit. Huic Thymum, herbam magis constantem & Destillationis patientem, substitui.

4. Dictamnum ne tantillum Odoris exhalat, nec quicquam Saporis Aquæ impertit; ideóque illam (nec injuriâ,) abdicavi: Et Arborem Vitæ, quæ Specificum Hysstericum audit, cooptavi.

5. Myrrha, si cum Sale Tartari probè conteratur, & Spiritu Vini in Mortario dissolvatur, ac deinde cæteris adjiciatur, libentiùs & liberaliùs habitum suum demittet atque Aquam impregnabit, quàm si solùm pulverata cum reliquis confundatur.

6. Malim Castoreum non destillare; sed ejus Spiritum Aquæ jam destillatæ addere. Hoc modo enìm leviùs vel intensiùs, ad libitum, Castorei embammate Aquam condire licebit.

Vires.

Sanguinem & Spiritus exagitat: Affectus

tus Cephalicos & Hyſtericos compeſcit; atque Menſtrua promovet.

Aqua Mithridatica,

pro

Aqua Theriacali.

℞ Rad. Angel. recens effoſſæ ℥xij.
Imperator.
Petaſit.
Bardanæ,
Herb. Rutæ,
Theriac. Androm.
Mithridat. ā. ℥vj.
Spir. Vini rect. Cong.j
Aq. ſimpl. Cong. iiij.
Deſtill. Cong. iij.
Hujus Cong. j. adde Aceti deſtill. Pint j.
Quod reliquum eſt per ſe aſſervetur.

Scholia.

1. Succus Putaminum Nucum Juglandiam odioſè eſt Amarus, acris, Viroſus & Emeticus; unde Aquam non niſi inſuavem & putidam ab eo expectare liceat; quamobrèm illum repudiare auſus ſum; licèt à Mithridatis temporibus hùc uſque magnificè

magnificè (ſed forſan non ſuo merito) fuerit æſtimatus.

2. Succi Calendulæ, Card. Bened. & Meliſſæ ſubtilibus effluviis aſcenſioni idoneis non donantur, nec quicquam medicinale Aquæ communicant; proindéque non eſt, ut hìc locum ſibi arrogent.

3. Rad. Petaſitidis, etſi Palato minùs arrideat; attamèn quia ſapore fruitur adeo indelebili, ut ſi cum grandi rerum diſſimilium farragine confundatur, ægrè obſcurari poſſit, (quod, apud me, nota eſt Virtutis Alexipharmacæ) amplector: Sed ejus pondus minus, & Angelicæ majus conſtitui.

4. Scordii ſapor amarus, acerbus, acer, atque Odor alliatus deſtillationis vi ſuperantur & penitùs diſpereunt: Adeoque illud (quicquid reclamet Vulgus) hùc nihil confert.

5. Acida ſunt ponderoſa: Idcircò inter deſtillandum aſcendere nequeunt, niſi ſub finem operationis; nec tùm, ſine igne forti, unde Empyreumatis periculum incutitur. Præſtat ideò Acida non deſtillare, ſed Aquæ jam deſtillatæ addere.

Vires.

Sudorem promovet: Putredini & Malignitati reſiſtit.

Aqua

Aqua SPLANCHNICA,

pro

Aquâ Lumbricorum.

℞ Lumbricor. Vivor. non mundator. ℥xviij.
Limacum cum Testis contusor. ℥xxiiij.
Rad. Oxylap. ℥xij.
Curcumæ,
Cort. Berber. virentis, ā. ℥vj.
Herb. Rutæ,
Absinth. vulg.
Sem. Fœnugr. ā. ℥iij.
Cardam.
Caryoph. ā. ℥iſs.
Spir. Vin. rectif. Cong. j.
Aq. Pluvial. Cong. iiij.
Destill. Cong. iij.

SCHOLIA.

1. Aquæ Lumbricorum & Limacum constant ex tàm mirâ farragine Simplicium citra Judicium & Artem accumulatorum, ut quid Virtutis in recessu possideant, non sim judicando. Harum inventor (quantùm

tùm conjecturâ aſſequi liceat) voluit, ut Prior potens eſſet Splanchnica, & Hypochondricis opitularetur; utque Poſteror Sanguinem retorridum emolliret & phthiſicis prodeſſet.

2. Aqua Limacum ferè in deſuetudinem abiit. Hæc vero Lumbricorum aliquibus adhùc in uſu eſt: Eà de re, cùm ex Officinis eam expellere non penes me eſt, inconditum ingredientium numerum reſecare, & ſimilitudinem quandam Aquæ iſtius retinere conatus ſum.

3. Lumbrici, Limaces, (in horum Claſſem conjici poſſunt etiam Cancri fluviatiles, Oſtreæ, Sperma Ranarum, &c.) res mihi videntur frigidæ, futiles, deſtillationibus maximè ineptæ; quippe quæ nil præter Phlegma inſipidum de ſe dimittere poſſunt. Cùm verò à Medicis illos quotidiè deſtillari videamus, non meum eſſe duxi levibus eorum opinionibus reluctari: Atque id propter eos (licet ſuſpectos) retinere non gravatus ſum. Hoc ſolùm addo, quod nulla mihi apparet neceſſitas, cur ante deſtillationem ſtudioſè mundarentur: à fæcibus enìm & cœno nil in Alembici capitellum aſcendere poteſt.

4. Rad. Oxylap. Curcumæ, & Cort. Berber. etſi nè tantillum quidem Saporis aut Odoris, & conſequentèr Virtutis, inter deſtillandum ſufficiant; attamèn quia Anteceſſoribus noſtris non diſplicuerunt, in ſtatione ſuâ manere paſſus ſum.

5. Quod

5. Quod ad Radices Urticæ, Angelicæ Sylv. Agrimon. Beton. Rad. Oxalidis, Raſ. C. C. & Eboris; hæc penitùs excluſi & abeſſe juſſi; quia ab illis deſtillatis nil emolumenti percipiendum aut expectandum eſt.

6. Brancam Urſinam, Plantam quidam pulcherrimam & raram, nil vero niſi odorem obſcurè viroſum, ſaporemque mucilaginoſum reddentem, præterii.

7. Florum Anthûs ℥vj. non facilè colliguntur; atque cum Craſis eorum tenuis & tenera exiſtit, non æquè Deſtillationis vim pati poſſunt, ac ſummitates Roriſmarini; ideoque Floribus repudiatis, ſummitates aſcripſi.

8. Multo ſatius fore duxi, ut Spiritus Croci Aquæ jàm deſtillatæ miſceatur, quàm cum cæteris Ingredientibus deſtilletur: Ita enim proùt feret animus, proportionem ejus moderari poſſum.

Vires.

Ad Viſcerum Oppilationes reſerandas; contra Cachexiam Scorbuticam, Icterum, malum Hypochondriacum & ejuſmodi præſcribi ſolet.

Aq. Stomachica major,

pro

Aquâ Abſinthii Comp.

℞ Herb. Abſinth. vulg. parùm ſiccat. ℥ix.

Menthæ ℥iiijſs.
Cinnam. ℥iſs.
Caryoph.
Cardamom.
Cubeb. ā. ℥vj.
Sem. Aniſi,
Fænic. dulc. ā. ℥iij.
Spir. Vin. rectif. Cong. j.
Aquæ puræ Cong. iij.
Deſtill. Cong. iij.

Scholia.

1. Abſinth. marinum omittere viſum eſt; quià maritimis ſolummodò locis ſponte creſcens non ubique præſto eſt, nec facilè petitur.

2. Meliſſam, Glycyrrhizam, & Paſſulas rejicio: hæ enim deſtillatæ inutile reddunt Phlegma.

3. Galangam

3. Galangam & Zinziber, quia magìs Acria, quam Aromatica, atque ita Deſtillationis operi (ut mihi videtur) minùs accommodata, neglexi: Eorum verò jacturam Aromaticorum auctario abundè compenſatam autumo.

VIRES.

Ventriculum calefacit: Spiritus reficit: Appetitum & Concoctionem adjuvat: Nauſeam & Vomitum tollit.

Aquam hanc, Temperamenti calidioris hominibus; itèm Inflammationibus, Hæmorrhagiis, Phthiſi, Capitis dolori, Vertigini, Viſûs debilitati, &c. obnoxiis male facere puto.

Aq. Stomachica minor,

ſive

Aq. Gentianæ Comp.

℞ Rad. Gent. ℥xxiiij.
Summit. Centaur. min. ℥xij.
Spir. Vin. rect. Cong. j.
Aq. Cong. iiij.
Deſtill. Cong. iij.

VIRES.

Vires.

Horum Ingredientium pars amara (in quâ virtutem totam consistere arbitramur) inter destillandum perit; & Aqua ipsa (me judice) non admodum jucunda est: Nihilominùs usus vult, ut in Officinis asservetur.

Ad Ventriculum confortandum, Sanguinem depurandum, Infarctus expediendos & Febres intermittentes expugnandas excogitata videtur.

Conserva Cortic. Aurant.

℞ Cort. exter. recent. Aurant. Hispalens. q. v.

Aquæ parum infundatur, leni calore, donec teneraſcunt.

Deinde, abjectâ Aquâ, contundantur, & per setaceum trajiciantur.

Hæc Pulpa, moderato calore, ad aptam consistentiam reducatur;

Demùm, cum Sacchari triplo, in Conservam contundatur.

Vires.

Cortices externi Aurant. Stomacho benefaciunt, Flatus discutiunt, Colicam levant, Ictero medicantur, Vermes enecant; &

& quamvis calefaciunt, menſes tamen ſiſtunt.

Conſerva Cochleariæ.

℞ Herb. Cochlear. hortenſ. a Caulibus liberat. q. v.

Contunde, ſuccum exprime; & Herbis ab expreſſione reſiduis ſenſim adde

Sacchari triplum Pondus.

Optime ſimul contunde; & pedetentim inſtillando Succum expreſſum, fac Conſervam.

Scholium.

Non diu eſt aſſervanda; quia ſal ejus volatile citò avolat: Præſtat ergo, (quotiès res patitur) uſûs tempore, illam parare.

Vires.

Humores crudos concoquit; lentos attenuat; acidos corrigit; Sanguinem exagitat; Obſtructiones aperit; Urinam ciet. In Scorbuti & Paralyſeos medicatione, celeberrima audit.

Iis verò, qui temperamenti ſunt calidi & ſicci, minùs convenit.

Conſerva

Conſerva Cydoniorum.

℞ Mal. Cydon. à Cortice, Corculo & ſeminibus liberat. & in fruſta conciſ. ℔viij. Coq. in Aq. font. ad Mollitiem; deinde adde Sacch. depurat. (ſed non cryſtallini) ℔vj.

Et percoque ad juſtam ſpiſſitudinem.

Vires.

Cydonia, licèt Calidorum numero non accenſeantur, nihilominùs inter nobiliſſima Stomachica locum meritò tenere non dubitemus.

Ob Acerbitatem enim peculiarem, longè gratiſſimam, & vim criſpantem, Fibras & Membranas laxatas conſtringunt: Atque eo nomine, Atoniæ, Anorexiæ, Apepſiæ medentur. Nauſeam etiam, Ructus nidoroſos, Vomitum & Diarrhæam tollunt: Et Gravidis, nè Abortum patiantur, ſuccurrunt.

Conſerva Fructûs Cynoſbati.

℞ Fruct. Cynosbat. nondum penitùs maturitatem adept. q. v.

Cultello

Cultello diſſecentur; a Pilis & Arillis purgentur; ac donec emolleſcant ſeponantur.

Tunc contundantur, per Setaceum trajiciantur &, cum Sacchari duplo, in Conſervam elaborentur.

Vires.

Cynosbati fructus, quoad qualitates ſenſibiles, adeo ſunt temperati, ut quid virtutis ſingularis poſſideant, non facilè quis pronunciaverit.

Gratam habent Aciditatem, & mollem (quaſi mucilaginoſam) pulpam. Aliqui volunt, ut ſitim demulceant, Diarrhœam & Hæmorrhagiam ſiſtant, ſcorbutum calidum curent, & Urinam moveant.

Quoad me verò, primarius hujus Conſervæ uſus fuerit, ad Bolis, Eccligmatibus & Electuariis conſiſtentiam debitam conciliandam.

Conſerva Roſarum rubrarum.

℞ Flor. Roſ. rubr. (nondum perfectè explicatorum) exungulatorum ℔j.

Tere cum Piſtillo ligneo in Pilâ marmoreâ, ſenſim inſpergendo

Sacch.

Sacch. alb. pulv. & cribrat. (sed non crystallini) ℔ iij.

Contere, usque dum nulla Rosæ particula conspici poterit, totaque Massa similaris & homogenea comparuerit.

Vires.

Potest vel Simplex vel Aliis commista sumi. In Decocto Pectorali, Electuario, Ecligmate, Tussim allevat, & ad maturitatem perducit. Cum pulveribus astringentibus, Alvum stringit. Cum Sem. Papav. & Hyoscy. Hæmorrhagias sistit. Cum Oleo Vitrioli, Appetentiam excitat, Vomitum sistit, Febrium Ardores & sitim extinguit. Cum Oleo Terebinthinæ, Pulmones detergit & consolidat.

Externè Cataplasmatis formâ applicata, Oculis inflammatis auxiliatur.

Ad eundem modum fiant Conservæ

Absinth. Rom.
Anthûs,
Caryophyllor.
Lujulæ, &c.

Usûs tempore, parari possunt Conservæ
Cochleariæ,
Fumariæ,

Menthæ,
Rutæ.

Decoctum Album.

℞ Cornu Cervi calcin. pulv. ℥j.
Aq. font. Pint. iij.
Coq. ad ij. Deinde per Setaceum Cola; adeo ut Liquor pertranſeat albus.

Scholia.

Aliqui incoquunt Cruſtam Panis albi ad Carbonem ferè toſtam, & macim.
Edulcorari poteſt, vel cum Saccharo Cando vel Syrupo Limonum.
Addi ſubindè ſolet Aq. Cinnam.

Vires.

Dari ſolet in Febribus, ad potum ordinarium; ut ſitim extinguat, Sanguinis æſtum attemperet, & Diarrhæam frænet.
Enemata Aſtringentia commodiſſimè ingreditur.

Decoctum Amarum.

℞ Rad. Gent. ℥iiij.
Summit. Card. bened.

Centaur. min.
Flor. Chamæm. ā. ℥viij.
Aq. font. Pint. iij.
Coq. ad ij. & col. ſine expreſſione.

Scholia.

1. Ingredientia, ſi Pondere & non Menſurâ capiantur, Medicamentum ſui ſimile & ſemper idem producent.

2. Si loco Coctionis, ſimplicia (Coccinellæ ℥j. addito) ſuper Prunas infundantur, ac deinde Liquor non exprimatur, ſed per Cribrum ſponte ſuâ tranſire permittatur, pellucidus erit & elegantèr rubellus.

3. Semen Cardui, inter coquendum, Oleum pingue fundit & Decoctum reddit turbidum: Ego igitur ejus Folia malui.

4. His Senna & Rhabarbarum addi poſſint, ad Præſcribentis libitum.

Vires.

Plurimi fit; & quotidiè præſcribitur, ad Ventriculum infrigidatum refocillandum; flaccidum reſtituendum, languentem reficiendum; ad Sanguinem crudum coquendum, Viſcoſum attenuandum, ſegnitèr circulantem incitandum; ad Vaſcula deobſtipilanda; itemque ad Febrem intermittentem devincendam.

Doſ. ab ℥ij. ad ℥iiij.

Inſervire poteſt etiam ad Enemata & Injectiones.

Decoct Clyſteriſans.

℞ Herb. Malvæ ℥ſs.
Flor. Chamæm.
Bac. Lauri,
Sem. Lini,
Fænic. dulc. (ad finem additi) ā. ℥ij.
Coq. in Aq. font. (vel Juſcul. Avenac.) Pint. ij. ad Pint. j.
Per Colum laneum ſine expreſſione tranſcoletur.

Scholia.

1. Hoc modo, facilè petantur Ingredientia, & citò paretur Enema.

2. Ad legendam Violariam, Parietariam, Betam & Mercurialem, Tempus non breve ſufficeret: Porrò omnes hæ ad eandem tendunt metam; idcircò Malvam inſtar omnium habui.

3. Baccas Lauri addere tulit animus; quia potentiſſimè Flatus diſſipant, & nunquam non in Officinis præſto ſunt.

Vires.

Emollit, Laxat, Flatus diſcutit: Et cum pro Baſi Clyſterum conſtituitur, pro indole

rerum aliarum huic miſtarum, variè operatur.

Decoctum Pectorale.

℞ Paſſul. Sol. exacinat. ℥ij.
Hord. Perlat.
Rad. Glycyrrh.
Althææ, ā. ℥ſs.
Aq. font. Pint. iij.
Coq. ad Pint. ij. ſub finem addendo Conſerv. Roſ. rubr. ℥j.
Col. ſine expreſſione.

Scholia.

1. Ficus apud nos, plurimos per anni menſes, aridæ ſunt & parùm valentes, atque (Ruri præſertim) tunc temporis raro venduntur: Pro illis ergo, quotiès deſiderantur, Conſervâ Roſarum uſus ſum.

2. Dactylos, qui nunc dierum ferè exoluerunt, prætermiſi.

3. Capillus Veneris, Scabioſa & Tuſſilago ſiccatæ & exſuccæ, vix ſunt (ni fallor) Fæno Equino præſtantiores: Quidni ergò reprobentur?

4. Si expetatur, ut Decoctum hoc calefaciat & attenuat; Rad. Irid. Florent. & Hyſſopus poſſint addi.

Si

Si ut refrigeret & incidat; Oxymel ſimplex vel Scilliticum.

Vires.

Humores acres obtundit, tenues incraſſat; partes Gulæ irritatas demulcet, & teneras ſanat.

Decoctum Sennæ.

℞ Crem. Tart. pulv. ℈ij.
Sal. Tart. ℈j.
Aq. font. ℥ix.
Coq. ad Tartarorum diſſolutionem: Deinde adde
Sennæ ℥iij.
Zinzib. ℈ſs.
Coq. ad ℥iij. vel ℥iiſs.
Liquor fortiter exprimendo coletur.

Scholia.

1. Cremor & Sal Tartari in Aquâ diſſoluti Menſtruum conficiunt, ad Sennæ vires optimè extrahendas; illamque, ne Flatus & Tormina excitet, corrigendam.

2. Non multo, apud me, pretio eſt Radix Polypodii. Quid verò illius ℥ſs. communicare poteſt Pintis duabus Liquoris, non meum eſt conjicere: Sed, ut mihi res videtur,

detur, illud quod ſine commodo infertur, ſine damno ejiciatur.

3. Paſſulæ, Sebeſten. & Pruna, Menſtrui poros pulpâ & muco adeò implent, ut ad particulas Sennæ in ſe recipiendas minus reddant accommodatum.

4. Huic Decocto addi poſſit, ut edulcoretur, Syr. Roſ. Sol. ℥ſs. atque ut acuatur, Scammon. pulv. à gr. v. ad ℈ſs.

Electuarium Alkermes,

Confectio dictum.

℞ Succi Pomor. optimor. (Golden Pippins appellat.) benè maturorum, recèns (ſed non fortitèr) expreſs. & non depurat. Pint. ij.

Succi Chermes col. Pint. iij.

Sacchari depuratiſſimi ℥xviij.

Coque in Syrupum ſatìs ſpiſſum:

Huic ab igne ſepoſito, adhuc calenti, adde Ambræ griſ. (minutìm conciſ. Ol. Caryoph. gut. iij. atque Pulv. C. C. C. ℥ij. probè tritæ) ℥ij.

Quibus optimè commiſtis ſuperinjicito

Cinnam. pulv. ℥iſs.

Pulv. Aromat. (Diambr. dict.) ℥ſs.

Fol. Auri ℥i.

Moſch. opt. ℈ſs.

Confice

Confice ſ. a.
Paretur etiam ſine Odoratis.

Scholia.

1. Si Aqua Roſarum Damaſcenarum percoqueretur cum Succo & Saccharo, donec in mellis ferè conſiſtentiam abierit, actum omnino eſſet de gratâ illius Fragrantiâ; idcircò conſultius mihi viſum fuit, Aquâ Roſarum neglectâ, (majorum more) Succum Pomorum revocare.

2. Lignum Aloes, cùm vix ullâ manifeſtâ qualitate ſe commendet, vili pendo; ejuſque ſedem, adaucto Cinnamomi pondere, implevi.

3. Margaritarum ℥ij. futilem adeò ad cætera proportionem gerunt, ut nil boni ab illis capiendum aut expectandum habeamus. Has ergo exauctoratas volui: in earumque locum C. C. C. ſuffeci. Hocque eo libentiùs egi, quòd optimè inſervit ad Ambram griſeam (quoties expetitur) lævigandam & intime dividendam.

Vires.

Author hujus Electuarii, quando illud excogitavit, eò collimaſſe videtur, ut Spiritus potenter reficeret, & ſimul Sanguinem non exagitaret.

Atque ideo Variolis, Morbillis & Febribus malignis apprimè prodeſſe fertur: I-

tem Gravidis & Puerperis mirificè competere creditur.

Electuarium Carminativum,

ſive

El. de Baccis Lauri.

℞ Bacc. Lauri,
Herb. Menth. ā. ℥ſs.
Rutæ ℥j.
Rad. Calam. aromat.
Sem. Cymini,
Dauci Sylveſt.
Piper. long.
Caſtor. ā. ℥ij.
Galban. colat. ℥vj.
Mellis ℥xij. m. f. Elect.

Scholia.

1. Sem. Ammeos, Liguſtici, Nigellæ, Origani, utpotè parùm nota & raro uſurpata omiſi.

2. Brevitati ſtudens, Sem. Carui & Petroſelini, quia eorum vis in Cymino & Dauco continetur, ſuſtuli.

3. Amygdala amara abeſſe juſſi: Nil faciunt enim, niſi quod molem inutilitèr augent,

augent & Siphonem inter injiciendum obſtruunt.

4. Piper nigrum ſuppreſſi; quia illius Fervor in Pipere longo ſummè viget.

5. Pro Sagapeno & Opopanace, Galbano uſus ſum.

VIRES.

Primarii uſûs eſt contra Flatus, Ventris Tormina, Colicam: Frequentiſſimè diſſolvitur in Enematibus Inteſtina foventibus & Flatus diſcutientibus.

Electuarium de Caſſia,

pro

El. Lenitivo.

℞ Caſs. fiſt. ℔iiij.
Tamarind. ℔ij.
Prunar. Damaſc. ℔iij.
Horum Pulpa extrahatur ſ. a. &, ſine uſtione, ad juſtam ſpiſſitudinem coquatur.
Magmati reſiduo addantur
Paſſul. Sol. exacinat.
Sennæ, ā. ℥viij.
Rad. Polyp. querc. optimè contuſ.
Glycyrrh. ā. ℥ij.

Aq. font. Pint. xx.
Coq. ad Pint. x.
Liquori validâ cum Expreſſione colato, adjic. Sacch. rubr. ℔x.
Coq. ad Syrupum. Tunc additis Pulpis, percoq. ad. Electuarii Conſiſtentiam.
Deinde ſingulis ejus libris inſpergantur, & aſſiduè commiſceantur,
Pulv. Sennæ ℥iſs.
Sem. Aniſi ℥ij. m. f. Elect.

Scholia.

1. Si Pulpæ & reliqua ſatis coquantur, Electuarium hoc diu ſine mucore aut ſitu conſervari poteſt; ſecus verò brevi corrumpetur.

2. Hoc, ut in Diſpenſatoriis ubique deſcribitur, adeò eſt paratu operoſum & moleſtum, ut rarò in Officinis ritè paratum inveniamus. Cæterùm ſi hoc noſtro modo diſpenſetur, & faciliùs comparabitur, & aliquanto minoris conſtabit.

3. Non neceſſaria præſcidi, nempè Mercurialem, Capillum Veneris, Flor. Violar. Jujubas, Sebeſten. & Hordeum.

4. Saccharum violatum non tanti videtur, ut Saccharo rubro præferatur.

Vires.

Primas vias lubricat; Fæces emollit; inteſtina ſtimulat; & quæ in Alvo continentur

nentur (non autem quæ è longinquo petuntur) educit & expellit. Adeò lenitèr verò & blandè officio fungitur, ut ſæpè nec Corpus perturbet nec vires dejiciat: Atque ità, in quacunque ætate aut quocunque morbi tempore, à cordato Medico ſecurè præſcribi poteſt, a ℥ij. ad ℥j.

Electuar. Epidemium,

pro illo

Diaſcordium dicto.

℞ Scord.
Cinnam. ā. ℥j.
Rad. Tormentil.
Contrayerv. ā. ℥ſs.
Serpent. Virgin.
Gentianæ.
Zinzib.
Dictam. Cret.
Piper long.
Sem. Angel. ā. ℥ij.
Galban.
Gum. Arab.
Styrac. Calam. ā. ℥ſs.
Boli veræ ℥ij.
Mellis albi liquidi ℥xxxij.

Sacch. Roſat. ℥xij.
Vini Canar. ℥viij.
m. f. Elect.

Scholia.

1. Quia Caſſiæ poteſtates inſunt Cinnamomo, Rad. Biſtort. in Tormentillâ, & Terræ ſigillatæ in Bolo; illa tria hìc non neceſſaria putavi.

2. Sem. Acetoſæ ℥iſs. in tanto hoc farraginis acervo, idem eſſet ac Hordei granum unum in Tritici Modio; quamobrem hoc inutile ſemen in Confectione adeo celebri retinere me valde puduit.

3. Rad. Contrayervæ & Serpentariæ Veteribus incognitæ, adeò ſunt, ob vires Alexipharmacas, nunc dierum celebratæ, ut facinus eſſet illas non introducere.

4. Opium omittere auſus ſum; quia facilè illud, quolibet uſûs tempore, immiſcere queo.

5. Non poſſum ſatìs admirari, quomodò evenire potuit, quòd nemo ante noſtrum hoc ævum mel ignominioſè notavit: Plinius divinum Nectar, Helmontius Gloriam Roris appellavit.

Hodiè verò omnes ferè, tam primi quam imi Medici, repentino quodam œſtro perciti, mel ex Diaſcordio, Mithridatio & Theriacâ in exilium depellendum eſſe contendunt.

Sed

Sed quid potuit committere tantum? Conſervat à Putredine, etiam Cadavera ipſa: Vim naturalem (etiam Senum) mirificè reſuſcitat: Tabidos nutrit. Balſamicum eſt; & Partes internas læſas detergit & ſanat: Pulmonibus, Renibus, Veſicæ, viis urinariis amiciſſimè facit. Tot & tantas Virtutes poſſidet, ut iis enumerandis immorari longum eſſet.

Demus; illud, ſi enormi devoretur quantitate, Ventriculum gravare, Inteſtina turbare, Vomitum, Flatus, Tormina & Diarrhæam ciere.

Ad Experientiam vero provoco. Cedo illum, qui ex tantillulâ portiunculâ ac Diaſcordio [℥j. vel ℥ij.] ineſt, hujuſmodi turbas unquam obſervavit.

Si quis urgeat hæterogeneum eſſe, & cæteris ingredientibus diſpar; facilè regerere poſſum, ob hanc ipſam rationem, beneficum eſſe. Nonne Theriacam ingrediuntur Emetica, Cathartica; atque etiam Venenum ipſum, nempe Rad. Aſari, Scillæ, Rhabarb. Agaricus; imo Vitriolum ipſum Romanum calcinatum: atque hoc, eo fine ut Heterogeneitatem conſtituant? Hujus enim operâ utitur Natura, ad iſtiuſmodi Fermentationem excitandum, quæad malignas particulas è Sanguine excutiendas & expellendas omninò neceſſaria eſt.

MITHRI-

MITHRIDATIUM.

℞ Myrrhæ Arabicæ,
Croci,
Agarici,
Zinziberis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris,
Sem. Thlaſp. ā. ʒx.
Seſeleos,
Opobalſami, (ſeu Olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem)
Junci odorati,
Stæchados Arabicæ,
Coſti veræ,
Galbani,
Terebinth. Cypriæ,
Piperis longi,
Caſtorei,
Succi Hypociſtis,
Styracis Calamitæ,
Opopanacis,
Fol. Malabathri recentium ſeu, ejus defectu, Macis, ā. ʒj.
Caſſiæ lignæ,
Polii Montani,
Piperis albi,
Scordii,

Sem.

Sem. Dauci Cretici,
Carpobalſami vel Cubebarum,
Trochiſc. Scillarum,
Bdellii, ā. ℥vij.
Nardi Celticæ purgatæ,
Gum. Arab.
Sem. Petroſelini Macedonici,
Opii,
Cardam. minoris,
Sem. Fœniculi,
Gentianæ,
Flor. Roſar. rubr.
Dictamni Cretenſis, ā. ℥v.
Sem. Aniſi,
Aſari,
Acori ſeu Calami Aromatici,
Ireos,
Phu majoris,
Sagapeni, ā. ℥iij.
Mei Athamantici,
Acaciæ,
Ventrium Scincorum,
Summitat. Hyperici, ā. ℥ijſs.

Vini Canarini optimi, quantum ſufficit ad ſolutionem Gummi & Succorum, nempe circiter Unſias viginti ſex.

Mellis deſpumati, triplum omnium præter Vini. Fiat Elect. ſ. a.

Electuarium

Electuarium Scammoniatum,

pro

Elect. è Succo Rosarum.

℞ Conserv. Rosar. ℥xij.
Syr. Rosar. solut. ℥ix.
Scammon. (pulv. & Vitel. Ovor. ij. subact.) ℥ij.
Sant. citrin. ℥j. m. f. Elect.

Scholia.

1. Hoc modo, minimo negotio & quolibet anni tempore, parari potest.

2. Veteres, ob Acrimoniam, malignitatem fervidam & immodicam Attractionem, quas Scammonio inesse somniabant, metuentes nè Ventriculum inflaret, Intestina eroderet, Viscera inflammaret, & Febres accenderet, de ejus correctione valdè fuerunt soliciti.

Atqùe ideò in hoc Electuarium congesserunt tria Santala, Mastichem, Camphoram, Spodium, Succum Tabaxir, (quicquid ille fuerit) Cannarum ustarum Cineres, & Succum Rosar. rubr. Hæc verò susqùe deqùe habeo & excludo.

Nam

Nam quale iſtud Scammonium fuit Arabum neſcio; hoc ſcio, noſtrate non eſſe ita pernicioſum & deleterium, ut caſtigatione indigeat.

Scammonium (inquit. Fr. Sylvius) quamvis potens ſit Medicamentum, non eſt tamen vehemens; quippe quod, ſine Torminibus vel moleſtiâ ægri, ſuum producit effectum.——— Ego aliquot millenis vicibus eo uſus ſum; & ſemper cum ſucceſſu optimo & operatione blandâ.

3. Scammonium vitello ovi ſubactum, facilius & intimius cæteris commiſcetur, quam ſolummodò pulveratum. Hìc tamen apud me manet Scrupulus de Duratione: Si enim ita eveniret, ut temporis tractu Vitellum putreſceret, totum corrumperet Electuarium: Ob hanc cauſam, præſtat quantitatem ejus non nimiam unâ vice parare.

Vires.

Fortitèr purgat. ʒij. Ejus tenent Scammon. ℈ſs.

Electuarium

Electuarium Tharcenſe,

pro

Philonio Romano.

℞ Opii,
Zedoar.
Cinnam. ā. ʒiiſs.
Piper. long.
Sem. Hyoſcyam. ā. ʒv.
Apii,
Dauci Sylv. ā. ʒiſs.
Rad. Pyreth. ʒſs.
Myrrh.
Croci,
Caſtor. ā. ʒj.
Mellis liq. (non deſpumat.) ℥ix. m. f. Elect.

Scholia.

1. Caſſiam ligneam reticeo; quoniàm plenè compenſatur Cinnamomo adaucto.

2. Semina Petroſelini Macedonici & Dauci Cretici omittuntur; quia apud nos ferè exoleverunt.

3. Spicæ Indicæ gr. xv. (puſilla nempe & inepta quantitas) quià nullius ſunt momenti,

nenti, detrahuntur. Pyrethrum verò au-
getur.

4. Crocus præſtantibus valet facultatibus; atque ideò duplicatur.

5. Aromaticorum calidorum & potentèr excitantium uſum hic vehementèr pro-bo; non verò ut Opii frigiditatem (olim creditam) corrigant; ſed ut Spiritibus in Ventriculi Nervis & Membranis excubias agentibus, ab Opio gravitèr tractatis & peſſundatis ſuppetias ferant.

Nil enim frequentiùs occurrit quàm Æritudo, Languor & Vomitio, proximo ab iſſutſto Opio die. In tali rerum ſtatu, quænam opportuniùs exhiberi poſſunt, quam hujuſmodi generoſa Cardiaca; quæ mollitèr excitando & novas vires inſpirando, Spiritus Muniis ſuis obeundis pares reddant, & in priſtinum vigorem vindicent?

Vires.

Illis quibus male convenire ſolebat Opium ſolidum, hoc Electuarium generoſum ſatis gratum & amicum eſſe deprehenditur.

Quoad me verò, Opium ex Electuariis penitùs excludere vellem. Si enim non optimè miſceatur, & aſſiduè agitetur, ità ut Opium per totam maſſam intimè & æquabilitèr diffundatur; atque Maſſa ipſa non aptæ adeo ſit conſiſtentiæ, ut Opium ita diffuſum

diffuſum retineat; una doſis plus Opii tenebit quàm altera. In Pilulis verò, quoniam firmæ ſunt conſiſtentiæ, hoc minimè erit metuendum.

Hujus Elect. ℈ij. capiunt Opii gr. j. vel circitèr.

Theriaca Andromachi

℞ Trochiſcorum Scillarum ℥vj.
Viperarum,
Piperis longi,
Opii,
Trochiſc. Hedychr. ā. ℥iij.
Flor. Roſ. rubr. Siccarum & exungu-
latarum,
Iridis Illyricæ odoratæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem. Napi dulcis,
Cymarum Scordii,
Opobalſami,
Cinnamomi,
Agar. Trochiſc. ā. ℥iſs.
Myrrhæ,
Coſti odorati, ſeu Zedoariæ,
Croci,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Schænanthi,
Piperis albi,
nigri,

Thuri-

Thuris maſculini,
Dictamni Cretici,
Rhapontici,
Stæchados Arabicæ,
Marrubii,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Calaminthæ,
Terebinth. Cypriæ,
Rad. Pentaphylli,
Zinziberis, ā. ℥vj.
Cymarum Polii Cretici,
Chamæpityos,
Rad. Nardi Celticæ,
Amomi,
Styracis Calamitæ,
Rad. Mei Athamantici,
Cymarum Chamædryos,
Rad. Phu Pontici,
Terræ Lemniæ,
Fol. Malabathri,
Chalcitidis uſtæ, vel ejus loco Calcanthi Roman. uſti,
Rad. Gentianæ,
Gummi Arabici,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, vel Nucis Moſchatæ, vel Cubebarum,
Sem. Aniſi,
Cardamomi,
Fæniculi,
Seſeleos,
Acaciæ, vel ejus loco Succi inſpiſſati Prunellorum acerborum,

Seminum

Seminum Thlaſpios,
Summit. Hyperici,
Sem. Ammeos,
Sagapeni, á. ℥ſs.
Caſtorei opti.
Rad. Ariſtoloch. long.
Bituminis Judaici, vel Succini,
Sem. Dauci Cretic.
Opopanacis,
Centaurii minoris,
Galbani pinguis, á. ℥ij.

Vini Canarini veteris q. ſ. quo diſſol vantur ſimplicia humida & liquabilia:

Mellis optimi deſpumati triplum pon deris ſpecierum ſiccatarum. m. fiat Elec tuarium ſ. a.

Elixir Proprietatis acidum.

℞ Croci in minutias forfice conciſ. ℥ſs
Spir. Vini ſummè rectif. Pint. j.
Digeſtio fiat clauſa tepidaquè biduan
Tincturæ fortiſſimè expreſſæ indantu
Pulv. Myrrh. ℥j.
Aloes ℥ſs.

Digeſtioque rurſùm ad duos dies repeta tur. Deinde additis Ol. Sulph. per Camp ℥iiij.

Digeſtio ad vj. dies producatur.

Ac tandem Tinctura, ſine expreſſione colata, & per ſpontaneam præcipitationem defæcata

defæcata, accuratè decantetur: Et vitro fideliter obturato aſſervetur.

Scholia.

1. Aloes quantitatem minuendam cenſui; quià alias (ut vulgò adhibetur) cætera Ingredientia nimìs devincit & opprimit.

2. Vulgo ſolent, quò ſaturatiorem Tincturam obtineant, portionem aliquam Spiritus evaporando abigere; ſed (ſi quid ego judicem) malè; quia potiores Croci partes hoc modo diffiant. Et quidèm ſatius eſt Medicamenti virium integri Doſin paulò uberiorem admittere, quàm ſpoliati & caſſi minorem aſſumere.

Vires.

Hoc in Vino Canarino ad gt. xv. uſque ad xxx. ſumptum præſtat illi Elixir Alcaliſato, ad Appetentiam excitandam, Nauſeam tollendam, Vermes enecandos, Febres malignas curandas; ubi Hæmorrhagiæ metuendæ veniunt; & iis qui calidioris ſunt Temperamenti.

Elixir Proprietatis Alcaliſatum.

℞ Croci, non ſiccat ſed minutìm conciſ. ℥ſſ.

Tinct.

Tinct. Sal. Tart. ℥xij.

Digerantur in Balneo, 24. horas: Tunc ſpiritus tinctus fortitèr exprimendo coletur.

Croco reſiduo rurſùm affundantur

Tincturæ Tartareæ aliæ ℥xij.

Fiat iterùm ſimilis Digeſtio & Expreſſio: Utriſque Tincturis commiſtis indantur Pulv.

Myrrhæ ℥j.

Aloes ℥ſs.

Digeſtione 14. dierum peractâ, Tinctura minime (ut communis fert uſus) per chartam filtretur & Aeri exponatur, ſed ſolummodò per Linteum tranſcoletur; ſubſidendo defæcetur, & cautè ſuſpenſâque manu (ne turbetur) in phialam elutrietur.

Vires.

Hoc in Vehiculo datum Amaro, Stomachico, Splanchnico, Emmenagogo, Alexipharmaco &c. illi Acido antecellit: In conſtitutione frigidâ, Diſpoſitione Catarrhali, Doloribus Rheumaticis; ubicunque Acidum in Oeſophago, Ventriculo, aut Inteſtinis peccat; in Cardialgiâ, Bradypepſiâ, Torminibus ventris, Colicâ bilioſâ; ad Icterum, Febres intermittentes, & ad Catamenia evocanda.

Doſ. à gt. xv. ad xxx. aliquibus, ad gt. 60. ad Catharſin promovendam proſcribitur.

Elixir Salutis.

℞ Sennæ ℥iiij.
Lign. Guaiac.
Rad. Enulæ, ſiçc.
Glycyrrh.
Sem. Aniſi,
Carui,
Coriandri, ā. ℥ij.
Uvar. paſſul. exacinat. ℥viij.
Coccinel. ℈j.
Spir. Vini Gallic. (genuini) Pint. vj.
Macera in frigido per quatridui Spatium; deinde fiat Colatura per manicam Hippocratis.

Sunt qui addere amant Sal Tartari, Rhabarbarum, Scammonium.

Vires.

Viſcera conſolatur; Urinam movet; ſuaviter purgat; Flatus diſcutit; Ventris tormina compeſcit; Colicæ medetur; Mucum & Arenulas a Viis Urinariis expellit.

Doſis eſt, à Cochl. j. ad v.

Tinct. Sal. Tart. ℥xij.

Digerantur in Balneo, 24. horas: Tunc ſpiritus tinctus fortitèr exprimendo colatur.

Croco reſiduo rurſùm affundantur Tincturæ Tartareæ aliæ ℥xij.

Fiat iterùm ſimilis Digeſtio & Expreſſio: Utriſque Tincturis commiſtis indantur Pulv.

Myrrhæ ℥j.
Aloes ℥ſs.

Digeſtione 14. dierum peractâ, Tinctura minime (ut communis fert uſus) per chartam filtretur & Aeri exponatur, ſed ſolummodò per Linteum tranſcoletur; ſubſidendo defæcetur, & cautè ſuſpenſâque manu (ne turbetur) in phialam elutrietur.

Vires.

Hoc in Vehiculo datum Amaro, Stomachico, Splanchnico, Emmenagogo, Alexipharmaco &c. illi Acido antecellit: In conſtitutione frigidâ, Diſpoſitione Catarrhali, Doloribus Rheumaticis; ubicunque Acidum in Oeſophago, Ventriculo, aut Inteſtinis peccat; in Cardialgiâ, Bradypepſiâ, Torminibus ventris, Colicâ biliosâ; ad Icterum, Febres intermittentes, & ad Catamenia evocanda.

Doſ. à gt. xv. ad xxx. aliquibus, ad gt. 60. ad Catharſin promovendam proſcribitur.

Elixir Salutis.

℞ Sennæ ℥iiij.
Lign. Guaiac.
Rad. Enulæ ſiçc.
Glycyrrh.
Sem. Aniſi,
Carui,
Coriandri, ā. ℥ij.
Uvar. paſſul. exacinat. ℥viij.
Coccinel. ℈j.
Spir. Vini Gallic. (genuini) Pint. vj.
Macera in frigido per quatridui Spatium; deinde fiat Colatura per manicam Hippocratis.

Sunt qui addere amant Sal Tartari, Rhabarbarum, Scammonium.

Vires.

Viſcera conſolatur; Urinam movet; ſuaviter purgat; Flatus diſcutit; Ventris tormina compeſcit; Colicæ medetur; Mucum & Arenulas a Viis Urinariis expellit.

Doſis eſt, à Cochl. j. ad v.

Empl. Adhæſivum.

℞ Empl. è Litharg ℔j.
Reſinæ ʒiiij.
Terebinth. ʒſs. vel q. ſ. f. Empl.

Vires.

Hujus uſus eſt ad Piſa adeò firmitèr in Fontanellis retinenda, ut excidere ne queant.

Empl. de Ammoniaco Comp.

℞ Gum. Ammon. ʒviij.
Diſſolv. ſuper ignem in
Aceti ʒviij. col. adde
Succi Cicutæ ʒiiij.
Coquendo reduce in Emplaſtrum.

Vires.

Mirabilis hujus eſt prærogativa, quò refrigeret, & tamen potentiſſimè Reſolv & diſcutiat: Ea proptèr Tumoribus dur & inflammatis, & præſertìm Lienis, fru tuoſè admovetur.

Emp

Empl. de Croco,

pro

Oxycroceo.

℞ Ceræ,
Colophon. ā. ℥vj.
Pic. Naval.
Burgund. ā. ℥iij.
Terebinth. venet.
Galban. col.
Ammon. col.
Myrrh.
Olib.
Maſtich. ā. ℥ij. & ℥vj.
Croci pulv. ℥ij.
Rad. Curc. pulv. ℥iiij. f. Empl. ſ. a.

Scholia.

Hoc ob Oxycroceo diſcrepat; eo quod Pix Burgundiæ & Pulv. Curcumæ adduntur, & Rerum pondera paulum immutantur.

Vires.

Partes, præſertim tendinoſas, roborat; Tumores duros reſolvit, diſcutit; Dolores ſedat; & vehementer adeò calefacit, ut à Vigone id propter Diabolicum appelletur.

Vulgus Chirurgorum in Fracturis & Luxationibus utitur: Quam praxin Hildanus vult periculoſum eſſe; præſertim ubi æger bilioſus aut pravis humoribus refertus fuerit. Sunt enim Ingredientia hujus Emplaſtri ferè omnia calida. Hinc partem calefactam calefacit; Sanguinemque & Humores attrahit; qui, (quod circa initia læſionum in motu ſunt) ratione Doloris & Continuitatis ſolutæ, libentius atque facilius affluunt.

Empl. de Cymino.

℞ Sem. Cymini,
Bacc. Lauri, ā. ℥vj.
Flor. Chamæm. ſiccat. ℥ij.
Aq. Pint. xij.
Coq. & Col. tunc
℞ Pic. Burgund. ℔vj.
Coq. in Colaturâ dictâ ad conſiſtent. Emplaſt. duriorem.

Sten

Stent ſimul, donec tantùm non frigeſcant; deinde liqueſiat Pix, cui gradatim addantur

Pulv. Sem. Cymini,
Bacc. Lauri, á. ℥vj.

Spatulâ continuè agitentur, donec Emplaſtri Conſiſtentiam acquirant.

Scholium.

Pro Chamæpiteos M. iiij. uſus ſum Flor. Cham. ſiccat. ℥ij.

Vires.

Calefacit & attenuat, reſolvit, diſcutit; Dolores ab obſtructione Phlegmaticâ natos demulcet.

Valet ad Contuſiones & Ecchymomata; ad Hepatis & Lienis Tumores, Pleuritidem, Colicam, &c.

Uſurpari ſolet vel per ſe vel aliis admiſtum.

Si expetatur ut minus calefaciat, Portionem Emplaſtri de Ammoniaco accipiat:

Si ut potentiùs reſolvat, è Litharg. Gummoſo:

Si ut aliquanto magis calefaciat & diſcutiat, illud de Croco adjunctum habeat.

Horum verò proportiones inter ſe, pro ratione Indicantium, ſcitè erunt ſtatuendæ.

Empl. Epiſpaſticum.

℞ Pic. Burgund. ℥viij.
Terеb. venet
Cantharid. pulv. ā. ℥iiſs, m. f. Empl.
Non nimis ſpiſſe ſuper Alutam extendatur.

Empl. de Lithargyro,

pro

Diachylo ſimpl.

℞ Litharg. aur. ſubtiliſſime trit. & creti, Ol. Oliv.
Axung. Porcin. ā. ℔vij.
Aq. font. (in cujus Pintis vj. Rad. Alth. Sem. Lini & Fænugr. ā. ℥j. incoxerint ad) Pint. iij.
Coq. ad Conſiſt. debitam. Si hæc Aquæ quantitas non ſufficiat ad coctionem, plus Aquæ (ſed ferventis) indatur.

Scholia.

1. Empl. Diachylon rarò aut nunquam invenitur

nvenitur in Officinis ritè paratum; quia Pharmacopæi mercenarii, Socordiæ litantes, inſudare nolunt in extrahendâ & percoquendâ Mucilagine.

2. Hoc, ut hic præſcribitur, Emplaſtrum prodibit inſignitèr album; dummodo Lithargyrus ſit optimus, de quo maximè curandum eſt.

Vires.

Refrigerat; deſiccat; Humores acres obtundit; eorum influxum reprimit; Inflammationes inhibet; Tumores duros emollit; Fontanellis adhibetur.

Empl. de Lithargyro Gummoſum,

pro

Diachyl. cum Gummi.

℞ Maſſæ Empl. de Lithargyr. ℔v.
Tereb. Venet. ℥vj.
Reſinæ citr.
Ceræ citrin. nov.
Galban.
Ammon.
Sagapen. col. á. ℥iiij.
F. Empl. ſ. a.

SCHOLIUM.

Secundum hanc descriptionem, facile fit; & nullus dubitem quin æquivaleat illi in Pharmacopæis reperto, valdè composito & decomposito.

VIRES.

Magni usus est in emolliendis, digerendis & suppurandis Tumoribus Glandulosis, Duris, Scirrhosis.

Empl. de Meliloto.

℞ Sevi e Meliloto infrà descripti ℔iiij
Ceræ citr. ℔vj.
Resinæ ℔xviij. f. Empl. s. a.

Hoc modo potest quolibet Anni tempore parari.

Empl. de Menthâ,

pro

Empl. Stomachico.

℞ Menth. Absinth.

Abſinth.
Majoran.
Caryophyll. aromat. á. ℥iiſs.
Mac.
Nuc. Moſc.
Cubeb.
Pip. long.
Rad. Calam. aromat.
Galangæ,
Flor. Croci
Lavend. á. ℥j.
Balauſt.
Maſtich. á. ℥iij.
Ol. Roſ. ℥iiſs.
Spicæ, ℥j.
Reſinæ,
Ceræ nov. á. ℥iiij.
Labdan. ℥iij.
Styr. Calam. col. ℥ſs. m. f. Empl.

Scholia.

1. Mirum, ni hîc ſatis multa retineantur Ingredientia: Quamvis excerpti Flor. Stæchad. Roſ. Fol. Lauri Lign. Sant. citrin. Lign. Aloes, Ol. per Infuſ. Menth. & Nardi.

2. Hùc verò addidi Flor. Croci & Balauſt.

Vires.

Hujus eſt, ut calefaciendo, & Gas Aro-

maticum inſpirando, Stomachum, Abdomen, Thoracem & Caput reficiat & roboret.

Empl. de Minio.

℞ Minij ℥ix.
Ol. Oliv. ℔iſs.
Aceti ℥vj.

Coque in Pelvi æneâ ſatis capaci, in Emplaſtri conſiſtentiam.

VIRES.

Refrigerat, ſiccat, repellit, Acredinem obtundit, Dolores membrorum antiquos curat. Quoad virtutes, cum Empl. de Lithargyro plurimum convenit.

Empl. ad Ramicem,

pro

E. ad Herniam.

℞ Gallar.
Cort. Querc.
Granator.

Granator.
Balauſt. ā. ℥iij.

Pulverata & in Aceto per quatriduum macerata torrefiant & exſiccentur: tum

℞ Rad. Conſolid. maj.
Tormentill. ā. ℥iij.
Thuris,
Myrrh.
Maſtich. ā. ℥ij.
Sang. Dracon.
Litharg. Aur.
Lap. Calamin. præp.
Boli (Aceto lotæ, & denuò ſiccatæ) ā. ℥iij.

Fiat omnium Pulvis, paulatim addendus & commiſcendus ſequentibus liquefactis, ſc.

Pic. Naval. ℔ij.
Ceræ citr. ℔j.
Tereb. Venet. ℔j. vel q. ſ. f. Empl. ſ. a.

Scholia.

1. Empl. ad Herniam, quod in Pharmacopœis deſcriptum habemus, videtur mihi Ingredientium non bene junctorum informe Chaos.

2. Omiſi Nuc. Cupreſs. Sem. Plantag. Pſyllii, Naſturt. Lupul. Gland. Fab. torrefact. Ariſtoloch. long. & rotund. Bacc. Myrt. Rad. Conſolid. min. Caud. equin. Glaſtum, Ceterach. Oſmund. Regal. Filic.

3. Hoc quod coram ſiſto, illius longi & intricati Compendium eſt: Sed (ut verum dicam) mihi communicabatur: Nunquam ipſe adhuc paratum novi.

VIRES & uſus.

Eò excogitabatur, ut laxiores partes conſtringeret, & quaſi artificiali tono addito roboraret, Defluxiones cohiberet, & Dilatationem Peritonæi, per quam Inteſtinum delabitur, coarctaret.

Singulis diebus recenter applicandum erit, repoſito prius Inteſtino. Et Cingulo idoneo Ligatura facienda eſt, nè Inteſtinum prolabi poſſit.

Empl. Reſinoſum,

pro illo

Cephalicum dicto.

℞ Reſinæ ℥ij.
Pic. nigr. ℥j.
Labdan. ℥ſs.
Tereb. Venet. ℥vj.
Myrrh.
Mallich. ā. ℥iſs.

Gum.

Gum. Junip.
Nuc. Mosch. ā. ℥ij.
Pulv. Rad. Pæon. ℥j.
Sterc. Columbin. ℥ſs.

Liquetur Myrrha cum Labdano in Mortar. calido; reliquisque admistis, f. Empl. s. a.

Si fortius adhuc expetatur, add. Pulv. Euphor. ℥ij.

Scholia.

1. Farinam Fabarum & Orobi omisi: Eorum vero vice sat bene sungitur Radix Pæoniæ.

2. Ad finem, in locum Euphorb. Piper. & Pireth. solum Euphorbium suffeci.

Vires.

Fibras nervosas infrigidatas fovet; relaxatas firmat; infarctas deoppilat: Atque ita efficit, ut Tono vegeto restituto, & Spiritibus ultrà citraquè libere commeantibus, affecta Pars Munia sua naturalia rite exequatur.

Multum adjumenti afferre perhibetur contra Capitis Dolorem, & Odontalgiam a causâ frigidâ oriundam; Paralysin; Nervorum Infirmitates; Defluxiones è Pericranio; Oculorum & Aurium Affectus &c.

Frequentissimè cum Galbano Pedum plantis,

plantis, in Febribus Caput petentibus, adhibetur.

Empl. Saponaceum,

pro

E. de Sapone.

℞ Empl. de Minio ℔ iſs.
Liquefiat; & dum calet, addatur
Sapon. Venet. ras. ℔ ſs. f. ſ. a Empl.
Ità compendiariò, citò & facilè paratur.

Vires.

Feliciſſima hæc mihi videtur Compoſitio: Namque Sal Saponis Lixivioſum (præſertim Pinguibus adjutum) promptè partes penetrat; ibique acida aut Pontica (ſi quæ adfuerint) implicat, ligat & frangit, atque Lympham gelatinoſam ſtagnantem eliquat, amovet, educit.

Deinde Saccharum Saturni (quod e Minio inter coquendum cum Aceto extrahitur) non tantummodo Saponis Calorem fere cauſticum lenit; ſed inſuper acrium Succorum Vini retundit, & ulteriorem eorum Affluxum inhibet.

Hydropicis,

Hydropicis, ſi ſuper totum prætumidum Abdomen geſtetur, Solamen affert; Dolores internos Perioſtium obſidentes, Rheumaticos & Arthriticos mitigat.

Empl. Stictícum minus.

℞ Maſſæ Empl. de Litharg. ℔iiij ſs.
Ceræ flav. ℥x.
Gum. Ammon.
Bdellij á. ℥iij ſs.
Galb.
Opopan.
Myrrhæ,
Thur.
Olei Lauri,
Lapid. Calaminar.
Rad. Ariſtoloch. utriuſque á. ℥j. & ℥vj.
Terebinth. Venet. ℥viſs. m. f. Empl.

Vires.

Tumores potentiſſimè maturat: Extranea Membris alte infixa, & tumores malignos è partibus punctis, cæſis aut contuſis, educit.

Empl.

Empl. Vitriolicum,

pro

Diapalma.

℞ Maſſ. Empl. è Litharg. ℥xij.
Vitriol. alb. uſti & pulv. ℥ſs. m.

Scholium.

Hoc operæ compendium eſt: Sed plurimum intereſt, ut Vitriolum ad Albedinem calcinetur, ac deindè in Alcohol lævigando reducatur.

Vires.

Siccat: repellit: Sanguinem ſiſtit: Lumbricorum Dolore & Imbecillitate laborantibus ſuccurrit: Fluorem album coercet: Abortum præcavet: Super Mammas Puerperarum geſtatum, Lactis appulſum inhibet.

Infuſum

Infusum Sennæ,

pro

Decoct. Cereonis.

℞ Sennæ ℥j.
Cardamom.
Crem. Tart. ā. ℥ij.
Sal. Tart. ℥j.
Aq. font. bullient. ℥ix.
Fiat Infuſio & Colatura.

Scholia.

Cremor & Sal Tartari commiſta dant Tartarum ſolubile, quod in Aquâ ſolutum Menſtruum conficit accomodatiſſimum ad vires Sennæ integrè extrahendas, earnque, nè Flatus & Tormina excitet, corrigendam.

Vires.

Mediocriter purgat, ad ℥ij. vel ℥iij. cum Syr. Roſ. Solut. ℥ſs. exhibitum.

Lac. Virginale.

℞ Litharg. Aur. pulv. ℥vj.
Aceti acidiſſimi ℥xxiiij.
Coque ad ℥xvj.
Etiam ℞ Alum. rupei ℥iiij.
Aq. font. pint. ij.
Coque ad ℥xx.

Ambo Decocta (ſubſidendo clara facta) commiſceantur; & agitentur, donec coaleſcant & albeſcant.

Vires.

Hìc Saccharum Saturni & Alumen junctis facultatibus Coſmeticum conſtituunt approbatum, quod ſuccos pravos corrigit & repellit, Cutim detergit & Nitore perfundit.

Virginibus expetitur ad Faciem poliendam, Maculas, Ruborem, Papulas & quaſcunque ferè ejuſmodi Turpitudines delendas & abigendas.

Sciant tamen & meminerint, non omnes Faciei Defœdationes eſſe repellendo arcendas.

Laudanum liquid. Sydenhami.

℞ Vin. Canar. ℥xvj.

Opij

Opij ʒij.
Croci ʒj.
Pulv. Cinnam.
Caryoph. ā. ʒj.

Infundantur in Balneo per triduum, vel donec Liquor debitam Tincturam acquiſiverit: Deinde ſubſidant fæces, & coletur.

Doſ. à gut. x. ad xxv.

Laudanum Londinenſe.

℞ Opij cum Spir. Vin. Gall. & Aq. font. ā. extract. ʒj.
Croci ſimilitèr extract. ʒiſs.
Caſtor. ʒj.
Ol. Nuc. Moſch. gut. xij.
Spir. Lavend. comp. q. ſ. f. Maſſa, quæ Evaporatione tepido Balnei calore factâ, ad conſiſtentiam Pilularum reducatur. His addi poſſunt
Ambr. griſ.
Moſch. ā. gr. vi.

Detur à gr. ſs. ad gr. ij. iij.

Mel Roſatum.

℞ Roſ. rub. nondum penitùs explicat. ſiccat. ʒvj.
Aq. font. bullient. Pint. ijſs.

Digerè per Noctem; & Colaturam ferventem affunde ſuper
Roſar. parem quantitatem.

Digere

Digere ut prius; & colaturæ adde
Mellis despumat Pondus æquale.
Coque ad Spissitudinem Syrupi.
Hoc modo, quoliber Anni tempore parari potest.

VIRES.

Astringit, deterget; & tamen sanat. Gargarismos, Lotiones, & Injectiones ingreditur. Illa, Mithridatium & Theriacam, ob venerabilem antiquitatem, vel leviter attingere non ausus sum.

Oleum Absinthij.

℞ Comar. Absinth. vulg. virent. concis. & contus. ℥xij.
Ol. Oliv. Pint. iij.
Infusa vase Vitreo exponantur Radiis solaribus per dies xiiij. tunc adde
Succ. Absinth. ℥iiij.
Coque lenitèr, donec herba fiat crispa; & cola.

VIRES.

Calefacit, discutit, roborat, Stomachum firmat.

Oleum Althææ Comp.

℞ Rad. Alth. recent. contus. ℔ij.

Sem.

Sem. Lini,
Fœnugr. ā. ℔j.
Aq. Font. Pint. viij.

Macerentur per triduum: dein levitèr coquantur, & exprimatur Mucilago; cui addantur

Ol. è Ped. Bovin. Pint. iij.

Coque igne leniſſimo ad Humoris aquei abſumptionem; diligentèr continuè agitando, ne Empyreuma contrahatur. Demum coletur Oleum.

VIRES.

Emollit, laxat, maturat, Acrimoniam corrigit, Dolores lenit. Unguentum Dialthææ ingreditur.

Ol. Chamæmeli.

℞ Flor. Chamæm. (decerptis albis foliolis) recent. contuſ. ℥iiij.
Ol. Oliv. ℥xvi.

In vaſe vitreo (linteo ſimplici tecto) inſolentur per Septimanam integram, quotidie materiam ad Vaſis fundum commovendo.

Deinde levitèr coque in Balneo, & exprime; floribuſque illis abjectis, recentes injice.

Quibus ſimiliter habitis, fiat idem tertiò, productâ ad 40 dies ultimâ Inſolatione.

Quâ peractâ, ſervetur Oleum unà cum Floribus, ſine expreſſione.

VIRES.

Penetrat; calefacit; Dolores à causâ frigidâ ortos sedat; Nervos roborat, Tensiones partium remittit; Abdomini illitum Colicam & Dolores post partum lenit; Tumores flatulentos dissipat; Contusiones fovet; Ecchymomata delet.

Ol. Euphorbij.

℞ Euphorb. pulv. ℥vj.
Ol. Oliv. ℥vj.
Vini alb. ℥iij.
Coque, donec omne Vinum penitus exhalaverit.

VIRES.

Potentissimè calefacit, imò ferè adurit; stimulat; attrahit; Affectibus frigidis, Paralyticis, Convulsivis, Nervorum Punctu-ris, Aurium Tinnitui, Surditati, &c. medetur.

Ol. Hyperic. Comp.

℞ Ol. Lini Pint. ij.
Spir. Vini vulgar. ℥viij.
Probè commistis adde

Aq-

Aq. font ℥xxiiij.

Summit. Hyperici cum Floribus & Seminibus (circa Feſtum Johannis collect.) ℥viij.

Contuſa macerentur in Balneo per totum triduum; & exprimantur.

Fiat eodem modo (Spiritu & Aquâ non denuo additis) Summit. Hyperic. ſecunda Infuſio: Atque (additâ tunc Rad. Anchuſæ ℥ſs.) tertia.

Deindè coq. ad Aquæ abſumptionem; & exprime: Demum additis

Tereb. ℥vj.

Croci ℈ij.

Rurſus parum coque; & repone. poteſt cum Ol. Nuc. Jugland. loco Olei Lini, parari.

Vires.

Balſamum eſt præſtantiſſimum: Emollit; diſcutit; digerit; conglutinat: dolores (præſertim a cauſâ frigidâ) conſopit: Vulnera ſanat: Ecchymomata diſſipat: Nervos roborat, eorumque Punctauris medicatur.

Ol. Lumbricorum.

℞ Lumbric. terreſt. diſciſ. & Aq. probe lotorum ℥vj.

Ol. Oliv. ℥xxiv.

Vin. alb. ℥vj.

Coque

Coque ad Vini Evaporationem. Tandem oleum per Telam Cannabinam trajiciatur.

VIRES.

Penetrat; Nervos imbecilles roborat; Acrimoniam Scorbuticam corrigit; Dolores Arthriticos vagos mitigat: Articulis singulariter dicatur.

Ol. Liliorum.

Refrigerat; emollit; dolores a causâ calidâ ortos demulcet; Inflammationes lenit.

Ol. Ophiogloſſi.

Ad Vulnera recentia & Ulcera etiàm inveterata ab aliquibus plurimi æſtimatur: Contra Anginam vero Specificum eſt pretioſum.

Ol. Roſarum.

Fit ex Roſar. rubr. immatur. exungul. & contuſ. ℥iiij. &
Ol. Oliv. pint. j.
Eodem modo ac Ol. Chamæmeli.

VIRES.

VIRES.

Hoc refrigerare & reſtringere aiunt: Ideoque inflammatis Membris illinere ſolent.

Quoad me vero, vix animum inducere poſſum credere, ullis Oleis lubricis aliquid Auſteri adhærere poſſe.

Ol. Rutæ vires.

Partes præſertim nervoſas calefacit, fovet, conſolatur & firmat.

Ol. Sambuci vires.

Emolliens eſt & anodynum. Contra Eroſiones, Inflammationes, Ambuſta & Erysipelas maximæ eſt efficaciæ.

Oxymel Simplex.

℞ Mellis ℔ij.
Acet. ℔j.
Coque ad Syrupi Conſiſtentiam.

VIRES.

Oribaſius ait, Oxymel omni ætati & naturæ ad fractam valetudinem utiliſſimum

esse; cum omnes angustos meatus aperiat, sic ut crassus & glutinosus humor nusquam contineatur.

Oxymel Scilliticum.

℞ Mellis ℥xviij.
Aceti Scillit. ℥xij.
Coque & despuma f. a.

Vires.

Lene est Emeticum: Ciborum reliquias acescentes, Phlegma viscosum & quicquid in Ventriculo residet, ejicit: Asthmatici & Hydropicis insigni est auxilio.

Duo autem illi vitio vertuntur.

1. Ob saporem ingratum & Dosin largam frequenter accidit, ut statim ab assumptione Vomitum ciat, & re infectâ, rejiciatur: Sed hujus mali remedium est; ut (Riverio monstrante viam) cum Aqua Cinnamomi commiscetur.

2. Si aliquanto diutiùs retineatur, è Ventriculo in Intestina delabetur; atque deinde non omnino per superiora, sed inferiora tantum operabitur. Ad hoc præcavendum vel mox exhibendum erit Vitriolum Emeticum, quod simul ac Stomachum attigerit, subversionem ejus efficere solet: Ve exacto horæ quadrante à propinato Emetico affati

affatim ingerenda erit Aqua tepida, donec operatio ſuccedat.

Doſis pro Pueris ℥iij. pro Adultis ʒiij.

Pil. Cochiæ majores.

℞ Spec. Hier. picr. ʒx.
Troch. Alhand. ʒiiiſs.
Diagryd. ʒiiſs.
Turpeth. ʒv.
Syr. Violar. q. ſ. f. Maſſa.

Scholium.

Le Mort, loco Syrupi, capit Mellis partem viceſimam, reſpectu pulverum; & ſuperfundit Spir. Vini, (vel Elix. Proprietat.) q. ſ. ut inde fiat Maſſa; ſub finem addendo Olei Roriſmarin. gut. x.

Vires.

Cochiæ majores mihi, (inquit Sydenham) præ cæteris Pilulis, ſemper placuere; utpote certiſſimo pede quam cœperunt viam inſiſtentes. Dedit Ille ad ʒij.

Pil. Cochiæ Minores.

℞ Aloes,
Scammon.
Colocynth. á. ʒj.

Syr. è Spin. Cerv. q. ſ. f. Maſſa; addend.
Ol. Caryoph. ℥ij.

VIRES.

Validores ſunt illis ſupradictis majoribus. Dicuntur Pituitam craſſam undique expurgare, peculiariter tamen è Cerebro partibuſque nervoſis; eorumque morbis præcipuè mederi creduntur.
Doſ. à ℥j. ad ℥ij.

Pil. è Duobus.

℞ Colocynth.
Diagryd. ā. ℥j.
Ol. Caryoph. ℥ij.
Syr. e Spin. Cerv. q. ſ. f. Maſſa.

SCHOLIUM.

Feræ ſunt naturæ, & immaniter ſæviunt ſed cicures reddi poſſint Oleo Caryophyllorum addito; verum minor quantitas quam ℥j. Olei, ad Maſſæ ℥j, non ſufficiet.

VIRES.

Citiùs & vehementiùs operantur, quam illæ Cochiæ minores.

Purgantia

Purgantia hujuſmodi valida non duntaxat Excrementa in Inteſtinorum cavitate reſtantia evacuant; ſed inſuper in intimos & ultimos receſſus penetrantia, ſaburram humorum inveteraſcentium & pravorum, in habitu corporis congeſtorum, attrahunt & expurgant.

In Colicâ cum pertinaci Alvi aſtrictione, præſtantiſſimæ habentur. Aliquibus præſcribi ſolent ad ℥ſs. cum Laud. Lond. gr. ij.

Pil. Reſinoſæ,

pro

Extracto Rudij.

℞ Colocynth. ℥iij.
Agar.
Helleb. nigr.
Turpeth. ā. ℥ij.
Spir. Vini Tartariſat. q. ſ. ut Uncias vj. ſuperemineat.

Blando calore per quatriduum macerentur: tum factâ Colaturâ & Expreſſione validâ, ſolvantur in eâdem
Pulv. Scammon. ℥ij.
Aloes ℥iiij.

Mox indatur Liquor Alembico vitreo; & ſeparatâ per Deſtillationem humiditate, remaneat Materia inſtar Mellis ſpiſſa; cui in fine adde

Ol. Caryoph. gut. 48. f. Maſſa.

Scholia.

1. Cinnam. Mac. Caryophyll. demiſi; eorumque in locum Oleum Caryoph. coop-tavi.

2. Pro Spir. Vin. ſimpl. Tartariſato uſus ſum.

3. Hoc Extractum omnino Reſinoſum eſt, & eò durum & fragile evadit; ita ut opus ſit, ad Pilulas exinde formandas, Maſſam in Pulverem reducere, & cum Spir. Vini emollire.

Huic verò incommodo (aiente Le Mort) ut occurratur, non abs re foret aliquid Mellis addere, quod non ita facilè indureſcit.

Vires.

Hæ Pilulæ inter fortitèr purgantia collocantur. Succos pravos interna & remotiora corporis penetralia obſtruentes & aggraventes eliciunt; idque ut plurimum ſine Torminibus.

Doſ. à gr. xv. ad ℈j. ℥ſs, rarò ad ℈ij.

Pil.

Pil. Proprietatis,

vel

Ruffi.

℞ Aloes ℥ij.
Myrrh. ℥j.
Croci ℥ſs.
Syr. Domeſt. q. ſ. f. Maſſa.

Vires.

Hæ ſunt mitiſſimæ operationis, & pro Polychreſtis habeantur. Pro ratione enim Doſis & Rerum admiſtarum, variè operantur & effectus edunt.

Si animus ferat, ut Ventriculum aut Caput ſpecificè afficerent, vel Menſes moverent; addi poſſint Ol. Puleg. Abſinthij, Aniſi, Menthæ, Cinnamomi, Nuc. Moſchati, Roriſmar. item Caſtor. Aſ. fœtid. Sal. Succini, Sal. Corn. Cervi vel Sal. Chalybis. Si ad ℈ſs. veſperi & mane exhibentur, erunt quoddam quaſi Elixir Proprietatis, ejuſque officiis fungentur: Si dehinc ad ℈j. veſperi, ventrem die craſtino laxabunt.

Si ad ʒſs, primas vias ſuaviter expurgabunt:

Si Reſinâ Jalapij acuantur, fortius operabuntur.

Pil. Proprietat. Gummoſæ,

pro

P. Stomach. c. Gum.

℞ Pil. Ruffi ʒiſs.
Gum. Ammon.
Sennæ, ā. ʒſs.
Sal. Abſinth. ʒſs.
Ol. Abſinth. gut. v.
Menth. gut. x.
Syr. è Spinâ Cerv. q. ſ. f. Maſſa.

Vires.

Ventriculum roborant; Appetentiam & Concoctionem adjuvant; Flatus diſcutiunt; Phlegma lentum, Inteſtina obſidens amovent.

Doſ. ℈j. veſp. vel ſi expetatur ut paulò potentiùs operentur, ℈j. veſp. & ʒſs. mane ſequenti.

Pil. de Styrace.

℞ Styrac. calam. col.
Olib.
Myrrh.
Succ. Glycyrrh.
Opii, (in Aquâ soluti, colati, & ad Extracti formam redacti) ā. ℥ss.
Croci ℥j.
Syr. de Mecon. q. s. f. Massa.

Scholium.

Maxima adhibenda est cura, ut Opium per totam Massam æqualiter misceatur.

Vires.

Fructuosè sumuntur adversus Eluviem Catarrhosam, Tussim vespertinam à tenui acrique humore oriundam, Asthma nervosum, Odontalgiam &c.

Hujus Massæ gr. vj. tenent Opii gr. j.

Pulv. Calami aromat Comp.

pro

Pulvere Ari Comp.

℞ Rad. Contray. ℥ij.
Calam. arom. ℥j.
Cinnam.
Ocul. Cancr. ā. ℥ſs.
Sal. Abſinth. ℥j. m. f. Pulv.

Scholia.

1. Rad. Ari dum viret, Succo aeerrimo Linguam Acûs inſtar tranſadigit, & integrum diem intolerabili modo adûrit: Aliquandiù verò aſſervata & ſiccata, acrimoniam omnem amittit, atque inſipida & inefficax evadit.

His adde, quòd Arum non niſi vernali tempore colligi poteſt; atque ita Pulv. Ari, qui ſemper recens eſſe debet, per plurimos Anni menſes parari nequit.

2. Pimpinella Saxifraga etſi Planta ſit benè calida, aliquantulum aromatica, acris, pungens & ſubauſtera; attamèn quiâ rariſſime in Officinis conſpicitur, eam ut-

plurimum

plurimum ex hâc Compoſitione excidere ſuſpicari liceat.

3. Propterea ambobus his dimiſſis, Contrayervam accenſui, Radicem nempè generoſâ, aromaticâ durabilique & Acrimoniâ & Amaritie ſeſe commendantem.

VIRES.

Hoc Pulvere utimur ad Ventriculi aciditatem corrigendam; Fermentum iners excitandum; Appetentiam adjuvandam; Concoctionem emendandam; Sanguinem exagitandum, & depurandum; Vaſcula deobſtruenda; Emunctoria abſtergenda; Scorbutum & Cachexiam devincendum.

Doſ. â ℈j. ad ℈ij.

Pulv. Aromaticus Comp.

pro

Spec. Diambræ.

℞ Lign. Sant. citr.
Rad. Angel. Hiſpan. ā. ℥iij. & gr. xij.
Galang.
Cinnam.
Caryoph.
Mac.
Nuc. Moſc. ā. ℥viij.

Spicæ Nardi,
Cardamom. ā. ʒij. & gr. viij.
Gran. Parad.
Piper. long.
Zinziber.
Croci, ā. ʒj. & gr. iiij.
Coccinel.
Ambr. grisc. ā. ʒiſs. & gr. vj.
Mosc. gr. xxxij. f. Pulv.

Odorata possint omitti pro re natâ.

Scholia.

1. Non multùm a speciebus Diambræ dissidet, nisi eo quod minùs caleat; & Simplicium quantitates exactè adeò inter se supputantur, ut non difficilis res esset singulorum pro quâlibet Dosi divisionem determinare.

2. Folia Malabarica, licet ex remotissimis ferè Orbis Regionibus huc advecta sint, nullis tamen (quoad hactenùs observare potuerim) facultatibus pollent: ideoque illa exturbata volui.

3. Lignum Aloes (ut ubique soleo) neglexi.

4. Crocum & Coccinellam cooptavi, quæ præter quod Cordiales sunt, etiam elegantem communicabunt Ruborem, si quando Pulveris hujus Tinctura fuerit extrahenda.

Vires.

Capitis, Ventriculi & Cordis Infirmitatibus

tibus solamen affert. Spiritus enim fibrarum Stomachi nervearum incolas in Ovationem quandam ciet; cujus undulatione mox Anima sensitiva latiùs extenditur & erigitur.

Hinc Spiritus Cerebrum (primarium illum sensûs & motus Fontem) petentes, illud inexplicabili modo tripudiis oblectant: indeque in præcordia uberiùs influentes, ea vegetiùs agitant: atque efficiunt, ut Pulsus priùs debilis mox fortiùs vibretur, & Sanguis ante piger nunc alacris circumagatur.

Pulv. Bezoarticus Comp.

pro

Pulv. è Chel. Cancr. Comp.

℞ Bezoar. Oriental.
Margarit.
Corall. rubr. ā. ℥ss.
Succini ℥j.
Apic. nigr. Chel. Cancr. ℥iiss. f. Pulv.

SCHOLIA.

1. Et Oculos Cancrorum & Chelas etiam Cancrorum in eodem medicamento conjun-

conjungere, nil aliud eſſet quam idem cum eodem duplicare.

2. Cornu Cervi calcinatum res videtur penitus exinanita, nihil intùs habens: Illi igitur hìc locum indulgere planè puduit.

3. Succinum, quià ferè indomabile eſt, ægre ſolvitur & vix à Sanguine ſubigitur, Alexipharmacum habeatur eximium: ob hanc cauſam duplicem illius quantitatem conſtitui.

4. Nihil neceſſe eſt hunc Pulverem Gelatinâ è Viperarum ſpoliis extractâ excipere, & exinde Poma parva efformare, & cautè ſiccare: nullum enim recondit materiam volatilem, quæ tenues evaneſcat in auras.

Vires.

Hic Pulvis pro Cardiaco, Diaphoretico & Alexipharmaco univerſim ſtabilito accipitur: adeoque in Febribus quibuſlibet malignæ notæ, & ubicunque materia per ſudorem erit eliminanda, ad hunc plerumque recurritur.

Si verò penes illum ſit, (quæ tamen res aliquibus in diſceptationem cecidit) Spiritus ità ſtimulare, ut Pulſum citatiorem & vehementiorem reddat, & Sanguinis Curſum rapidiorem faciat; quæ ad ſudorem proritandum & malignitatem exterminandam neceſſariò requiri arbitramur; tunc maxima eſt adhibenda circumſpectio, ne in Variolis, (ubi Spiritus ſunt maximè irritabiles

&

& Sanguis furiis obnoxius) ejus abuſu, quando non indicatur, Ægros (miſerabile cogitatu) in Ignes & Flammas conjiciamus.

Pulvis Hiera picra dictus.

℞ Aloes ʒvj.
Rad. Zedoar.
Cinnam.
Cardam.
Croci, ā. ʒſs.
Coccinel. ℈iiij. f. Pulv.

Scholia.

1. Radices Aſari ſunt Emeticæ: quorſum hìc præſcriberentur, planè me latet.
2. Macis, Spica Nardi & Maſtiche, ſalvis medicamenti viribus, omitti poſſe novimus.

Vires.

Hic Pulvis eſt Aloes Aromatibus medicata; Capiti, Stomacho & Inteſtinis benefacit. In uſu apud nos eſt frequentiſſimo, contra intemperiem Ventriculi frigidam Inappetentiam, Dyſpepſiam, Flatus, Fluctuationes cum Sonitu, Colicam, Vermes, Cachexiam, Chloroſin, Icterum, Scorbutum, Hydropem, Menſium paucitatem aut

aut Corruptionem, ad detergendum a Vomicâ diſruptâ, &c.

Verum iis, qui naturæ ſunt calidioris; qui ab Eryſipelate, Pleuritide, Febre Hecticâ, Cardialgiâ aut quâcunque Hæmorrhagiâ malè pati ſolent; hoſtilis eſt & ſummè vitandus.

In Electuario nunc dierum, ob ſaporem horridum, nemo ſumit. Tinctura ejus Sacra appellata longè commodior & gratior eſt, quam Pulvis ipſe in ſubſtantiâ.

Hæc Tinctura roborandi aut alias alterandi ergo uſurpata, ad Cochl. j. vel ij. exhibeatur: purgandi verò, per ſe, ad ʒiij. unà cum Syrupi domeſtici ʒj. ad ʒij. detur.

Pulvis Tragacanthi Comp.

pro

Speciebus Diatragacanthi frigidi.

℞ Gum. Tragacanth. ʒj.
Arab. ʒvj.
Amyli,
Glycyrrh.
Sem. Papav. alb. ā. ʒij.
Amygd. dulc. ʒſs.
Sacch. alb. ʒiij. m. f. Pulv.

Scholia.

Scholia.

1. Quia Seminum Melonum, Citruli, Cucumeris & Cucurbitæ virtus conſiſtit in Oleoſitate; & hæc omnia eadem ferè ſunt; rem compendio agere volens hæc rejeci, & Amygdalas, quæ æquè oleo abundant, delegi.

2. Ingredientium quantitates paulum mutavi.

Vires.

Refrigerat, incraſſat, obtundit, ſanat. Prodeſt adverſum Catarrhum tenuem, acrem, importunâ Tuſſi vehementer divexantem; Excoriationes, & Hæmorrhagias internas; Febrem Hecticam; Cardialgiam; Urinæ ardorem.

In uſum præſentem recens parari debet; aliàs enim rancidus evadet. Doſ. à ℥ſs. ad ℥ij.

Saccharum Roſatum.

℞ Sacchari cryſtallini ℥xij.
Succi Roſar. rubr. ℥iiij.
Coque lenitèr ad Succi ferè Abſumptionem; tunc injice
Roſ. rub. immatur. (in ſole celeritèr ſiccat. &) ſubtiliter pulv. ℥j.

Tandem

Tandem adde
Ol. Vitriol gut. vj.
In Marmor. effunde, & Tabellas confice.

VIRES.

Proficit ad Defluxiones ſiſtendas. Uſurpatur ad Lac Aſininum, in FebreH ecticâ, edulcorandum.

Sevum de Meliloto.

℞ Herbæ virentis Melil. è caulibus liberatæ,
Sevi ovini, ā. q. v.
Coque ad Succi Abſumptionem, (cujus ſignum eſt, quod tunc Herbæ criſpæ fiunt) & exprime.
Hoc opus cum recenti Meliloto repete.

SCHOLIUM.

Eodem modo paretur Sevum ex Ophioglosſo, Stramonio, &c.

Spiritus Caſtorei.

℞ Caſtor. è Ruſs. ℥iiij.
Flor. Lavend. ℥ij.
Cinnam. ℥vj.

Macis,

Macis,
Caryophyll. ā. ℥ij.
Sp. Vin. rectif. Pint. vj.
Aq. puræ Cong. ij.
Deſtill. Cong. j.

Uſus & Vires.

Cum hoc Spiritu extrahitur Tinctura Caſtorei.

Nervos nervoſaſque partes (adeoque Caput) roborat; Spiritus animales torpidos excitat, & enormitèr explodentes reprimit; Menſtrua movet.

Cum Levamine ſumitur, in morbis ſoporoſis, Epilepſiâ, Vertigine, Capitis Dolore, Affectibus Hypochondriacis & Hyſtericis, Colicâ. Externè valet ad membra paralytica, ad Spaſmum & aurium Tinnitum.

Spir. Croci.

℞ Croci forcipe minutìm conciſ. ℥iiij.
Spir. Vin. rectif. Pint. vj.
Aq. font. Cong. ij.
Deſtill. Cong. j.

Vires.

Alexipharmacus, Diaphoreticus, Cardiacus, Pectoralis, Emmenagogus & Antihyſtericus eſt.

Doſ.

Dos. à gut. xv. ad xx. in Vehiculo appropriato.

Spiritus Lavendulæ Comp.

℞ Flor. Lavend. Siccat. ℥xij.
Summit. Roris.
Herb. Serpylli citrat. ā. ℥iiij.
Cort. exter. Aurant.
Limon. ā. ℥ij.
Spir. Vin. rectif. Cong. iiij.
Macerentur ad Solis teporem per Septimanam: tum destilla in M. B. ad Siccitatem:
Deinde adde
Cort. exter. Citri,
Cinnam.
Mac.
Nuc. Mosch.
Cardam.
Cubeb.
Caryophyll.
Lign. Sant. citr. ā. ℥j.
Aq. Naphæ Pint. j.
Digere horas xxiiij.
Tunc repone ad Depurationem: Spiritum clarum per Colum mitte; in eoque suspende, in sindone rarâ,
Lign. Santal. rubr. ℥ss.
Cochinel.
Croci,
Ambr. gris.
Mosch.

Moſch. (cum Pulv. C. C. C. ℈iiij. optimè trit.) â. ℈j.

SCHOLIA.

1. Ut alibi deſcribitur, Rudis eſt indigeſtaque moles. Flores Salviæ, Betonicæ, Bugloſſi, Paralyſ. Lil. Convall. & Herba Meliſſa, Deſtillationis operi parum ſunt idonei, & nil ferè largiuntur: ideoque illos excluſi.

2. Matricaria graveolens & planè odioſa eſt herba; atque eâ de re nefas eſſe opinatus ſum, eam in Spiritum adeò ſuavem & delicatum admittere: Ipſe Ocimum citratum, longè jucundiſſimam plantam, illius vicem ſuſtinere volui.

3. Folia & Flores Aurantiorum difficilimè conquirantur: horum vero abſentiam abunde compenſatum iri arbitratus ſum, à Cort. Aurant. & Lim atq; Aquâ Naphæ.

4. Flores Lavendulæ reſpondent Floribus Stæchad. ſed vividiorem ſpirant Odorem.

5. Sem. Pæon. Lignum Aloes & Perlæ inſtar nihili ſunt.

6. Roſæ ſiccatæ ad finem additæ, cui bono inſerviunt? Solummodò Spiritum inutiliter imbibunt & abliguriunt.

VIRES.

Primariæ æſtimationis eſt ad Cordis & Capitis mala. Vires

Vires collapsas erigit: ad Palpitationem & Tremorem Cordis remedio est: Animi deliquium solvit: Melancholiam discutit.

Cerebrum reficit & roborat: Apoplexiæ reditum inhibet: Paralyticis auxiliatur: Senio fractis Solamen affert.

Optimè cum admistu Spiritus Salis Armoniaci acuitur.

Dosis à gut. xv. ad lx. super Sacchar. frustum instill.

Sp. Vini Camphoratus.

Solvatur Camph. ℥ss. in Sp. Vin. rectif. ℔j.

Vires.

Internus hujus usus rarus est: exhiberi tamen potest ad Febres pestilentes aut malì moris; ante Paroxysmum Tertianæ; ad Affectus Hysterico. Quod Camphora Cantharidum malignitatem absolutè corrigat, expertus pernego.

Dos. à ℈j. ad ʒij.

Externè, altè penetrat; Dolores consopit. In Epithematibus & Fotibus, ad Paralysin, & Tumores à Gelatinâ phlegmaticâ capillaria oppilante natos, Dentalgiam, Faciei Maculas, Rubores & Papulas præscribi solet.

Syr.

Syr. Acetoſus.

℞ Sacchar. ad Tabulatum cocti ℔v.
Ab igne detracto & levitèr refrigerato ſenſim adde Aceti calefacti Pint. ij. m.

Vires.

Ingreditur Decocta Pectoralia incidentia & Gargariſmata ad, Phlegma viſcoſum Os oblinens abradendum & eluendum.

Syr. Aſtringens,

vel

Syr. de Roſis Siccis.

℞ Aq. font. fervent. Pint. iiij.
Aceti ℥ij.
Partitè in iiſdem macera
Flor. Roſ. rubr. immatur. (In ſole celeritèr ſiccat.) ℥iiij.
Balauſt. ℥ij.
Poſtero die Tinctutam exprime; admiſtiſque Sacchari ℔iſj.
Coq. in Syrupum.

Scholium.

Aceti & Balaustiorum auxilio usus sum, ut astrictoriæ facultati vires adderem.

Vires.

In usum ducitur ad Diarrhœam & Fluorem album. Sæpè Gargarismos & Lotiones ingreditur.

Syr. Cephalicus,

vel

Syr. è Pæon. Comp.

℞ Rad. Pæon. mar. (paulo ante Flores, collect.) recent. contus. ℥viij.
Contrayerv. ℥ij.
Aq. font. Pint. viij.
Infunde per diem integrum; deinde coque ad Pint. vj. Col. fortiter; express. adde
Herb. Rorismar.
Beton.
Origan.
Rutæ,
Flor. Lavend. Siccat. ā. ℥ß.
Stæchad. Arab.
Caryophyll. aromat.

Nuc.

Nuc. Moſch.
Cardamom.
Zinziber.
Spicæ Nardi, ā. ℥ij.

Infunde horas xxiv. Tunc Cola; Liquorem per diem naturalem ſepone. Poſtridiè clarum cautè effunde.

Hujus Pintis iv. admiſce

Sacch. opt. ad Tabulatum Cocti ℔vj.

Lento calore ſolvatur; & f. Syrupus.

Scholia.

1. Mas, ſine Pæoniâ fœminâ, ſufficit: Quia hæc Baſis videtur Medicamenti; quantitatem ejus, ab ℥iij. ad ℥viij. atque Contrayervæ, ab ℥ſs. ad ℥ij. augendas eſſe cenſui.

2. Minimè neceſſaria mihi videtur Infuſio Radicum in Vino albo.

3. Siler montanum jam dudùm antiquatur, & vix amplius in Officinis cernitur.

4. Flores Lavendulæ intuli; quia inter Cephalica eminent.

5. Hyſſopum detraxi; propterea quod illum in Cephalicorum claſſe locum tenuiſſe non memini.

6. Ivam Arthriticam omiſi; quià intenſè amara eſt, & Syrupo dulci non ritè convenit.

7. Lignum Aloes (prout mea fert ſententia) non pluris haberi meretur, quam Lignum carioſum.

℈. Herbæ, Flores & Aromata coquendo partes ſuas potiores amittunt.

VIRES.

Cephalicis & Neuroticis accenſetur. Affectus tum convulſivos tum ſoporoſos, Cephalalgiam, Vertiginem, Apoplexiam, Paralyſin, &c. medicari dicitur.

Syr. Cydoniorum.

℞ Malor. Cydon. q. v.
Radulâ abrabantur, & Prelo exprimatur Succus.
Hujus Succi Pint. ij. adde
Balauſt. ℥j.
Digerantur ſimul in Balneo, per noctem: Deinde cum
Sacch. ℔iij. levitèr coquantur in Syrupum; & col.

SCHOLIUM.

Balauſtia hùc accerſuntur, ut vim Syrupi aſtringentem intendant.

VIRES.

In Miſturis, Decoctis & Julapiis diſſolvitur, contra Vomitum, Diarrhæam, Sanguinis effluxum. Gargariſmata ingreditur refri-

refrigerantia, eluentia, detergentia, aſtringentia, &c.

Syrupus Diureticus,

pro illo dicto

E. quinque Radicibus.

℞ Cort. Rad. Fænic.
Petroſel. ā. ℥viij.
Aq. font. Pint. vj.
Digerantur calore moderato, per noctem.
Deinde Coq. ad Pint. iiij.
Hujus Decocti validè expreſſi, & quieſcendo à fæcibus liberati Pintis iijſs. adde
Aceti Vini ℥viij.
Sacch. alb. ℔vj.
Coque ut oportet, ut fiat Syrupus.

Scholium.

Dummodò Radices Fæniculi & Petroſelini ſuppetant, non opus eſt ut Radicibus Ruſci, Aſparagi & Apii petendis noſmet fatigemus & fruſtrà tempus teramus: Singulis enim his quinque æqua facultas Diuretica paſſim attribuitur. Et Ingredientia præter modum & rationem multiplicare

fruſtraneum & ineptum eſſe, apud omnes in confeſſo eſt.

VIRES.

Ad Sanguinis compagem debito ſtrictiorem reſerandam, ſerum præcipitandum, Urinæ vias faciliores reddendas & Phlegma viſcoſum attenuandum, exagitandum & excretioni aptum reddendum, in Officinis aſſervatur.

Syrupus Domeſticus,

ſive

Syr. è Spina Cerv.

℞ Succ. Baccar. è Spina Cerv. non nimis maturar. Pint. iij.
Subſidant fæces; & Liquoris Pint. ij. adde Sacch. alb. ℔ij.
F. Syrupus in B. M. ſ. a.

SCHOLIUM.

Si Baccæ hæ ultimam jam maturitatem adeptæ fuerint, earum Succus adeò erit Pulpâ impeditus, ut Spiſſamentum ſuum ægrè deponat.

VIRES.

VIRES.

Fortitèr & quandoque cum Torminibus operatur. Humores peculiaritèr ſeroſos expurgare creditur: Unde in Cachexiâ, Hydrope, Arthritide vagâ & ejuſmodi cæteris, aſſumi ſolet.

Datur cum Potione purgante, ab ʒſs. ad ʒj.

Ruſticolæ & Agreſtes capere ſolent perſe; & ad ʒij. aſcendere non verentur.

Syr. de Glycyrrhizâ.

℞ Paſſul. exacinat. ʒvj.
Aq. Hord. limpid. Pint. iiij.
Coq. ad Pint. iij. & col.
Decoctum hòc fervens affundatur ſuper
Glycyrrh. recent. mundatæ & contuſ.
ʒij.
Et poſt xxiv. horarum Infuſionem in Balneo, coletur liquor ſine Expreſſione; qui cum
Mellis &
Sacch. alb. ā. ʒx.
Coq. in Syrupum.

VIRES.

Acrem tenuemque Lympham corrigit: Aſperam arteriam tuſſiendo irritatum demulcet: Tuſſim importunam ſedat.

Syrupus Incraſſans,

ſive

Syr. de Althæâ.

℞ Rad. Alth. recent. ℥ij.
Petroſelin. ℥j.
Glycyrh.
Cymar. Althææ,
Malvæ,
Ficuum, ā. ℥ſs.
Paſſul. exacinat. ℥ij.
Amygd. dulc. excorticat. ℥j.
Infundantur per diem integrum in
Aq. Hord. limpid. Pint. vj.
Dein coq. dum iv. ſuperſint: Quibus expreſſis; in Liquore per præcipitationem defæcato, diſſolve
Gum. Arab. ℥j.
Sacch. alb. ℔iiij. f. Syr. ſ. a.

Scholia.

1. Pro Radicibus Graminis & Aſparagi, (quas ut ſuperfluas exſcindo) Rad. Petroſelini adhibui.

2. Pimpinella Saxifraga, licèt Radix ſit ex ſe nequaquam deſpicienda, cum tamen rara

rara eſt & parum uſitata, illam præterire conſtitui: Maximi refert enim, ut Medicamenta ſint Euporiſta & facilè ſuppeditanda.

3. Parietariam haud admitto; namque Succo eſt aquoſo, tenui, qui nil ſupra tepidam Infuſionem, ſalvis viribus, pati poteſt: Quod ſi coquatur, Nitroſam Diureticam facultatem omnino amittit, & Maſſa merè mucoſa & juſculum vapidum reſtat.

4. Plantago, Adianthum alb. & nigr. quando ſiccata ſunt, Succo ſuo & Sanguine penitùs privantur, atque pro Cadaveribus ſunt habenda. Dum virent vero palatum ſiccitate quadam, & Aſtrictione manifeſtâ feriunt; atque ita ſeſe Mucilaginibus incraſſantibus directè opponunt: Ob hanc rationem, illas nullum hìc munus præſtare poſſe cenſui.

5. Cicera apud veteres erant in Cibario uſu; & hodiè apud Italos; quibus non tantùm cocta ſed & cruda, dum viridia adhuc ſunt, eſitantur: Si verò his adeo potens ineſſet vis Diuretica, ut eorum Uncia una hìc inter tot Ingredientia notabiliter Urinam pelleret, væ tunc illis Italis; maximè enim metuendum eſſet, ne liberius Cicera comedentes Diabetem accerſerent.

6. Quid hic arrogare vellent Semina illa frigida majora? Inter decoquendum, nil præter Oleum pingue Aquæ immiſcibile, quod poſtea dum bullitio fit, una cum Spumâ aufertur, reddunt: Si autèm ali-

quid hujus generis omninò expetatur, quidni pro his omnibus Amygdalæ ſolæ inſervire poſſint?

VIRES.

Humores tenues incraſſat, Acres obtundit; meatus lubricat.

Ad Tuſſim, omniaque Gulæ & Pectoris vitia ab acribus, ſalſis humoribus prognata; ad os febrili incendio arefactum; ad Urinæ Ardorem, Arenulas & Calculos præſcribi ſolet.

Syrupus Limonum.

℞ Succi Limonum (non mucidorum) recèns expreſſi, & donec fæces depoſuerint, in vitro optimè obturato repoſiti, ℥xvj.

Sacch. albiſſ. (non cryſtallini) cum Aquâ font. (q. ſ. ad Conſiſtentiam Tabulati percocti) ℥xxxij.

Fiat (in Vaſe terreo) ſine ulteriori coctione Syrupus.

VIRES.

Optimè edulcorat Decocta & Julapia ſitim extinguentia, Pituitam incidentia, Ventriculum confortantia, Vomitum cohibentia, Sanguinem refrigerantia, Hæmorrhagias ſiſtentia, Urinam cientia, &c.

Syrupus

Syrupus Martiatus.

℞ Sal. Chalybis genuini pulv. ℥j. diſſolve in Aquæ puræ ℥xxxij.

Repone, donec Croco fœculento præcipitato, Liquor ſupernatet limpidus;

In hoc accuratè decantato diſſolv.

Gum. Arab. ℥ij.

Sacch. alb. ℥xxxij. f. Syr. ſine coctione.

Scholia.

1. Hic noſtro modo deſcriptus, propterea quòd Fæcibus lutoſis liberatur, longè purior & elegantior eſt Syrupus quàm ille è Sale Chalybis Bateanus.

2. Gummi additur, ad Aquam aliquantulum incraſſandam; eoque artificio, ne Vitriolum præcipitetur, præpediendum.

Vires.

Calidioris temperamenti hominibus aptius accommodatur, quam ille ex Vino chalybeato paratus: Humores tamen aliquatenùs fermentat, & Sanguinem emendat; Fibrillarum & Vaſculorum oppilationes aperit, eorumque tonum roborat; contra Hæmorrhagiam, Cachexiam, Hydropem, Chloroſin, Affectiones, Hypochondriacas & Hyſtericas fortitèr militat.

Attamen (aiente Williſio) in Conſtitutionibus tenerioribus periculum eſt, ne ab Acrimoniâ ejus & Conſtrictione nimiâ, Ventriculi tonus & fibræ lædantur.

Syrupus Mororum.

℞ Succi Moror. (a fæcibus per ſubſidentiam & decantationem liberati) Pint. ij.
Sacch. alb. ℔iiij. m. f. levi coctura Syrupus.

Vires.

Uſurpatur præcipuè in Gargariſmis & Linctibus, ad refrigerandum & modicè aſtringendum, ad Oris & Gulæ Inflammationes & Eroſiones.

Syrupus Paregoricus,

vel

Diacodium.

℞ Capit. Papav. alb. Siccat. tranſverſim conciſ. (ſine Seminibus) ℥xvj.
Aq. font. fervent. Pint. viij.

Fiat

Fiat Infuſio calida per horas xxiv. ac poſtea fortis Expreſſio:

Magma reſiduum irrigetur denuo
Aq. Pint. viij.

Repetatur Infuſio calida, ut antè: Tandemque levis fiat Coctio & Expreſſio.

Expreſſiones ambæ commiſtæ &, per Hypoſtaſeos fæculentæ depoſitionem, purificatæ coquantur ad Pint. iv. Quibus adde
Sacch. alb. ℥xxxij.

Et percoque ad Syrupi Conſiſtentiam non nimis tenuem.

Scholia.

1. Semina abjici volui; quia Oleum pingue dant, quod juſculum reddit turbidum & turpe, nec tamen interea ullas Medicamento virtutes affert: Non enim iſti Oleo, ſed Succo ſive Gummi aquoſo, intra fibrillas Capitum tubulatas (inſtar Opii) inſpiſſato, exindeque in Aquam ſuffuſo, totam vim Narcoticam deberi, pro certiſſimo habeamus.

2. Secundum hunc modum præparatus, clarus & elegans erit; atque nunquam præſcribentis expectationem fallet.

Vires.

Colluviei ſeroſæ Defluxionibus obſiſtit; Tuſſes compeſcit; Dolores ſtupefacit; Agrypniam tollit; Diaphoreſin & Diureſin

adjuvat; Catamenia non vetat. In Variolis & Morbillis optimum est Remedium, & divinum planè præsidium.

Pueris conceditur, ad ʒij. ʒiij. Adultis ʒss. ad ʒj. ʒiss.

Syrupus Rhabarbari Comp.

pro

Syrup. à Cichor. cum Rhab.

℞ Rad. Apii,
Fænic. ā. ʒiv.
Glycyrrh. ʒj.
Aq. Hord. limpid. Pint. xij.
Coq. ad Pint. viij. sub finem addendo
Herb. Cichor.
Hepatic. fontanæ, ā. ʒiv.
Decocto fine expressione colato adde
Rhabarb. tenuitèr concis. ʒviij.
Coque denuò in Balneo M. Vase accuratè clauso, per horas duas.

Colaturæ (nunc fortitèr expressæ) subsidendo depuratæ adjice
Sacchar. albi ad Tabulat. coct. ℔viij.
& leni tepore f. Syr. s. a.

Scholia.

Scholia.

1. Radices Aſparagi non ſumpſi; partìm, quia Hortulani non quandocunque nos iis opus habeamus, ſed ſolum quando illi, per anni tempora nil exindè detrimenti capiant, eas effodere volunt; & partìm, quia (meo judice palato) non optimè ſapiunt: ut verò compenſationem referam, Radicibus Apii & Fæniculi duplum pondus aſſignavi.

2. Herbas Taraxicum, Endiviam, Sonchum, Lactucam, Capillum Veneris, Adianth. alb. Ceterach, Cuſcutam, cùm fermè inſipidæ ſunt omnes, & ſenſibus noſtris vix ullum virtutis medicæ indicium afferunt, huc ſeſe intrudere haud paſſus ſum: & merâ gratiâ factum eſt, quod Cichorium ipſum retinui.

3. Fumaria non niſi verno tempore legitur: Sed inſuper, hæc & Summitates Lupuli, ob amarorem inamænum, Syrupo incommodant; nec boni interim aliquid conferunt; ſiquidem (ut ego rem capere didici) illa, quæ eo fine aſſumuntur, ut Sanguinem depurent, in Sanguinem perduci, & non illicò per Catharſin ejici debent.

4. Ad quid tandèm conducant Alkekengi ℥vj. in tantâ Syrupi alluvie?

5. Spica Nardi calefacere, ſiccare & aſtringere dicitur; atque ità maximè abhorret à genio Taraxaci, Sonchi, &c. qui

Succo

Succo scatent frigido, tenui, aquoso: Itaque non possum non mirari, quomodo & quare in hoc præscriptum irrepsit.

VIRES.

Hujus Syrupi Inventor procul dubio voluit, ut Præcordiorum æstum leniret; Bilis ferociam demulceret; Obstructiones amoveret, primam Corporis Regionem blandè purgaret; Humores calidos educeret; Vermes expugnaret, atque omni Ætati, Sexui, & Tempori congrueret.

Infanti bienni ℥ij. vel ℥iij. Adultis ℥j. cum Potione Purgante propinare possumus.

Syrupus Solutivus,

sive

Syr. Rosar. Solutivus.

℞ Aq. font. fervent. Pint. iv.

Til. Rosar. Damascen. quot facilè capax est prædicta Aqua.

Fiat Infusio moderatè calida & clausa per Noctis Spatium; deindè fortis Expressio.

In hâc denuo calefactâ fiat nova & æqualis Roſarum recentium Infuſio.

Iteretur ter; auctâ ſemper quantitate Roſarum recentium ad illam Liquoris expreſſi, qui ſingulis vicibus ferè tertiâ parte augetur.

His peractis, ex hujus Liquoris partibus ſex & Sacchar. albi partib. quatuor f. Syrup.

Vires.

Recens paratus fortiori pollet vi purgatoriâ, quàm diu aſſervatus.

Datur Pueris, per ſe, ad ℥ij. ℥ſs. Adultis, cum Potione purgante, ad ℥j.

Syrupus Tolutanus,

vel

Syr. Balſamicus.

℞ Bal. Tolut. ℥vj.
Aq. font. ℥xx.
Coque, non deſpumando, ad ℥xij.
Tunc additis
Sacchari ſummè depurati ℥xxj. f. Syrupus ſine ulteriori coctione; qui cum refrixerit, coletur.

Scholium.

SCHOLIUM.

Hic minori constabit operâ & impensâ, quam ille Pharmacopœiâ Bateanâ descriptus: & quamvis in aperto vase coctus plurimos halitus perdendos emittit, si quis tamen hoc modo parare dignabitur, æque ac illum, Balsamico tùm Odore, tùm Sapore refertum agnoscet.

VIRES.

Pulmonum rebus prospicit; Tussim ferè quamcunque alleviat; Ductus Tracheales deoppilat; Putredini resistit; Excoriationes sanat; Tubercula cruda recentia discutit; Expectorationem promovet; atque ità in Diathesin Phthysicam proclivibus opem & auxilium promittit & præstat.

Syrupus de Vetonicâ,

sive

Syr. Caryophyllorum.

℞ Flor. Cariophyll. hortens. rub. (præcicis Unguibus) ℥xvj.

Caryo-

Caryophyllor. Aromatic. ℥ij.
Aq. font. bullient. Pint. ij.

Fiat Infuſio tepida & clauſa, per noctem. Col. adde Sacch. alb. ad Tabulat. coct. ℔iij.

Liquetur ad Balnei calorem, & fiat abſque Coctione Syrupus ſ. a.

Vires.

Cordialis eſſe dicitur: ſed eo utimur, ut tum Coloris tum Saporis gratiam Julapiis impertiamus.

Syrupus Violarum.

℞ Flor. Viol. recent. à caliculis viridibus liberat. ℥xij.
Rad. Irid. Florent. ℥ſs.
Aquæ deſtillat. fervent. Pint. iiſs.

Fiat per integrum diem Infuſio clauſa & moderatè calida in vaſe vitreo; ac deinde per Prelum expreſſio.

In hujus Liquoris Pint. ij. diſſolv. ad Balnei calorem, Sacchari ℔iv. Spuma continuè auferatur; fiatque Syrupus ſine coctione.

Scholium.

Aquam conſulto ſtatui deſtillatam, utpotè ab aciditate puram: Acida enim Alembicum

lembicum transcendere vix possunt. Si quis vero ad hunc usum, Aquam adhiberet acido occulto imbutam, Syrupum turpitèr purpurascentem conficeret.

Vires.

Refrigerat, lubricat, Infantes purgat. Cum Aquâ fontanâ Oleo Vitrioli acidulatâ, Julapium constituit longè jucundissimum; ad Bilis in Ventriculo Amarorem corrigendum; sitim fallendam; & Sanguinis æstum extinguendum.

Unà cum Lacte, Infantibus pro Enemate est.

Tinctura Castorei.

℞ Castor. è Russiâ ℥ss.
Spir. Castor. ℥viij.
Macera per dies decem in frigido, & col.

De hujus viribus, vide Spirit. Castorei.

Tinctura Croci.

℞ Croci minutim concis. ℥ss.
Aq. Mithridat. ℥viij.
Digere per Septimanam, & cola.

Scholia.

Scholia.

1. Si cum Aquâ Theriacali Acidâ extrahatur, Coloris elegantiam non diu retinebit.

2. Aliqui, loco Aquæ Theriacalis, pro Menſtruo utuntur Spiritûs Vini Gallici, & Vin. Canarin. ā. ℥iv.

Vide Spir. Croci.

Tinctura Myrrhæ.

℞ Myrrhæ ℥j.

Sal. Tart. recèns parati &, donec colorem cæruleum vel ferè viridem acquirat, calcinat. ℥ſs.

Elaboratè conterantur. Deinde Materia in Cellâ Vinariâ per Septimanam (vel donec relenteſcat) ſeponatur.

Tunc inſtillentur, per vices, & optimè commiſceantur Spir. Vin. Gall. ℥xvj.

Tinctura que ut alias aſſolet, lento calore elicjatur.

Scholium.

Spiritum Vini non rectificatum elegimus; quoniàm ope partis ejus aquoſæ, Gummeam Myrrhæ Subſtantiam atque ſpirituoſæ partis reſinoſam, unâ eâdemque operâ, extrahere poſſumus.

Vires.

VIRES.

Febrium malignitati adversatur; Ventriculi Cruditatem emendat; Vermes perimit; Pulmones detergit & sanat; Menses & Lochia potenter movet.

Ex Vehiculo idoneo, datur ad gut. xv. xxx. Usurpatur,

In Gargarismis; ad Gingivarum flaccidatem & Ulcera; ad Dentium Dolorem & Cariem; ad Oris fœditates & Anhelitûs fœtorem:

In Injectionibus, ad Uteri obstructionem, Putredinem & Ulcera:

In Lotionibus, ad Nervosarum partium læsiones; ad Vulnera; ad Ulcera putrida, & Ossium cariem.

Tinctura Rhabarbari.

℞ Rhabarb. ℥ij.
Cardamom.
Croci, ā. ℥ij.
Spir. Vin. Gall. genuini, Pint. ij. & ℥iv.
f. Tinct. s. a. Col. add.
Syr. Ros. solut. ℥iv. m.

VIRES.

VIRES.

De hâc Tinctura, ad Ventris Tormina & Dolorem Cólicum, & præcavendum & devincendum, mirabilia prædicantur.

Doſis, extra Paroxyſmum, cochl. ij. omni mane; & in Paroxyſmo, cochl. viij.

Tinctura Sacra.

℞ Pulv. Hieræ pic. ℥ij.
Coccinel. ℥ſs.
Vin. alb. (vel Spir. Vini Gall.) Pint. ij. & ℥iv.
Digere, ſæpe agitando, per dies vij; & cùm claruerit, cola.

VIRES.

Ventriculum refrigeratum calefacit, flaccidum firmat, Phlegmate gravatum detergit.

Sanguinem crudum, ſegnitèr circulantem & Obſtructiones facientem, particulis ſtimulantibus & quaſi bilioſis replet; atque ita Diatheſin vegetam inſtaurat, & curſum per minima liberum reſtituit.

Valet ad Appetentiam & Digeſtionem revocandam; ad Crapulam; ad Capitis Affectus à Stomachi vitiis ortos; ad Vermes, Cachexiam phlegmaticam, Hydropem,

pem, Icterum, Menſium obſtructionem, Chloroſin, &c.

Obeſt vero calidiori temperamento donatis; & ubi quis ad Febrem Hecticam aut Hæmorrhagias quaſcunque proclivis eſt.

Ad Alterationem, datur Cochl. j. veſp. & mane, per plures dies:

Ad Purgationem, ℥ij. ℥iij.

Trochiſci de Agarico.

℞ Agar. (Radulâ comminut. & per Cribrum trajecti) ℥iij
Zinziber. ℥ij.
Mucilag. Gum. Tragac. q. ſ. f. Troch.

Scholia.

1. Etmullerus mavult hoſce Trochiſcos parari cum Oxymel. per quod optimè corrigi aſſerit.

2. Agaricus in Trochiſcos formatur, ut faciliùs uſûs tempore, in pulverem reducatur.

Vires.

Cardanus vult nil Senibus Agarico meliùs eſſe, ad Pituitam è Capite & Phlegma è Thorace educendum. Hunc in Decocto pectorali vel Hydromelite uſurpare olim ſolebant: Sed tamen Agaricus nocet Stomacho;

macho; Nauſeam, Vomitum & Cardialgiam excitat: Hinc ad Correctionem, Zinziber & Mac. addere Veteribus in more erat.

Trochiſci Albi Rhazis.

℞ Ceruſſæ Aquâ lotæ ℥x.
Sarcocol. ℥iij.
Amyli ℥ij.
Gum. Arab.
Tragacanth. ā. ℥j.
Camph. ℥ſs.
Cum Aquâ f. Troch.

Scholium.

Si Oculorum Inflammatio & Dolor acciderint, Opii vel Laudani liquidi q. ſ. utendi tempore, addi poteſt.

Vires.

Refrigerant, exſiccant, detergunt, aſtringunt, repellunt, Acrimoniam corrigunt, Dolorem ſedant, Inflammationes mitigant, Humorum Influxum cohibent, Excoriationes & Ulcuſcula ſanant.

Ad Affectus Oculorum & Urethræ, in Collyriis & Injectionibus, frequentiſſimè uſurpantur.

Bateana proportio est Trochiscorum ℥j. ad Aquæ ℥iv.

Trochisci Alhandal.

℞ Pulp. Colocynth. à seminibus purgat. minutim concis. & optimè pulv, q. v. Mucilag. spissioris Gum. Tragac. q. s. f. Troch.

Scholion.

Gummi Arabicum & Bdellium mugamenta mihi videntur; ideoque illa missa feci.

Vires.

Colocynthis validissime, sed cum Torminibus & gravibus Symptomatibus, Purgationis operam molitur.

Sanguinem calefacit, attenuat, exagitat; serum resolvit; Mucum Glutinosum è Capite deducit; Pituitam vitream colliquat, eamque ab Intestinorum parietibus abradit & evacuat.

Obstructiones aperit; Menses ciet; Vermes occidit; Adversus Affectus chronicos & contumaces fortiter se gerit.

Helmontius asserit, Colocynthidem in Lue venereâ plus exsiccare uno die, quàm Decoctum Sarsaparillæ aut Lignorum tribus

bus Septimanis. In Clyſteribus uſurpatur pro ſtimulo ad Apoplexiam, Morbos ſoporoſos & Paralyſin; atque etiam adverſus Aſcarides:

In Fotibus Capiti adhibendis, contra Tineam & Pediculos:

Abdomini, ad Menſtrua, Lochia, Secundinas & Fœtum mortuum expellendum:

In Vaporibus, ad Aurium Tinnitum & Surditatem.

Rarò datur internè per ſe, niſi in Tincturâ aureâ Rulandi: Cum aliis verò Purgantibus frequentiſſimè præſcribi ſolet, ad eorum Vim intendendam & Operationem accelerandam.

Troch. Bechici albi.

℞ Sacch. puriſſ. ℥xvj.
Candi albi ℥viij.
Rad. Irid. Florent. ℥ſs.
Glycyrrh. ℥j.
Amyli ℥ſs.
Mucilag. Gum. Tragac. q. ſ. f.
Troch. ſ. a.

Pro re natâ addi poſſint
Ambr. griſ. gr. vj.
Moſch. gr. iv.

VIRES.

Phlegma viſcoſum attenuant; Serum acre corrigunt; Laryngis irritatæ motus componunt, eoque modo Tuſſim compeſcunt.

Trochiſci Bechici nigri.

℞ Succ. Glycyrrh.
Sacch. alb. ā. ℥x.
Amygd. dulc. excortic.
Gum. Tragacanth. ā. ℥vj.
Mucilag. Sem. Cydon. cum. Aq. Roſar. extractæ q. ſ. f. Trochiſci.

VIRES.

Hi potentius incraſſant & obtundunt, quam illi albi; ſed vix omninò attenuant & amovent: idcircò hi commodiores ſunt, ubi materia Tuſſim committens tenuis eſt & acris; illi verò, ubi craſſa & lenta.

Trochiſci Hyſterici.

℞ Aſæ fæt.
Galbani, ā℥ iiſs.
Myrrh.

Myrrh. ℥ij.
Caſtor. ℥iſs.
Rad. Ariſtoloch. ℥ij.
Summit. Sabinæ ℥iij.
Croci ℥ſs.

Gummi in Succo vel Decocto Rutæ maceratis, colatis & ad Mellis craſſitiem coctis adjiciantur reliqua tenuiſſimè pulverata; fiantque Trochiſci ſ. a.

Scholia.

1. Ut rerum non neceſſariarum excreſcentias præſcinderem, Rad. Aſari, Matricariam & Nepetam ablegavi.

2. Dictamnum Creticum in Crocum commutavi.

Vires.

Hyſtericarum atque Puerperarum Languores levant; & Convulſiones auferunt.

Vinum Chalybeatum Tartareum.

℞ Vini alb. Gall. Cong. iv.
Tart. alb. pulv. ℥iv.
Limat. Chalyb. ℥xxxij.

Stent ſimul in frigido, per dies minimum xiv, ſubinde agitando.

Quò diutius protrahatur Infuſio, eò præſtantius vinum prodibit.

Dos. ʒij. cum pari Infusi Amari quantitate.

Unguentum Ægyptiacum.

℞ Æruginis probè tritæ ʒiiss.
Mellis ʒvij.
Aceti acidissimi ʒiiiss.
Coquantur leni igne, in justam Spissitudinem & Colorem subrubrum.

Vires.

Potens hoc Unguentum, & fere Causticum, nisi aliis admisceatur, Dolores acerbissimos & exindè consequentia varia & crudelia Symptomata excitat.

Putredini efficacitèr resistit; Carnem mortuam à Sanâ separat. Plurimi fit ad Gangrænam, Carnem fungosam & Ulcera putrida. Collutionibus aliquando commiscetur ad Gingivas flaccidas & fungosas, atque oris Ulcuscula.

Ex Thuris additione, aliquanto mitius fiet & minus causticum.

Ung. Album.

℞ Ceræ albæ ʒij.
Liquefiat ad ignem in

Ol.

Ol. Roſat. ℥ix.

Tempeſtivè injiciantur

Ceruſſæ (lotæ, ſiccatæ, tritæ & per Cribrum trajectæ) ℥iij. m. f. Ung.

N. B. Camphoratum fit, addendo Camphoræ (aliquot guttis Olei tritæ) ℥ij.

Vires.

Refrigerat; ſiccat; ſanat; repellit; Inflammationes reprimit; Ambuſtis medetur; Eroſiones cuticulâ obducit; Intertriginem curat; Eruptiones humidas deſiccat; Puſtulas depellit.

Ung. Arcæi.

℞ Gum. Elemi,

Terebinth. Venet. ā. ℥ix.

Sevi vervec. veteris & depurat. ℥xij.

Axung. Porcin. ℥vj.

m. f. Ung.

Vires.

Arcæi verbis utor. " Hujus Linimenti " nobis inventi ea vis eſt, ut concoquat, " digerat, mundificet, atque Carnem eti- " am inducat; cujus certiſſimi in omni pe- " riculo faciendo uſus nunquam me pœ- " nituit: & cui, omnes ii quicunque fue-

" rint experti, Balſami nomen non im-
" merito fecerint.

Ung. Dialthææ.

℞ Ol. Alth. (ſuprà deſcript.) ℥xxiv.
Ceræ citr. ℥vj.
Reſinæ ℥iij.
Terebinth. ℥iſs. m. f. Ung.

Vires.

Emollit, laxat, lenit, lubricat, digerit, ſuppurat, Dolorem ſedat.

Ad Pleuritidem, Abdominis duritiem, Tumores inflammatos &c. vel per ſe vel Cataplaſmatibus immiſtum uſurpari ſolet.

Lucatelli Unguentum.

℞ Rad. Anchuſæ ℥iij.
Ol. Olivar. (vel. Nuc. Jugland) Pint iij.

f. Infuſio tepida per noctis Spatium, & Colatura; cui addantur
Ceræ citrin. ℥xviij.
Tereb. Venet. ℥xij.

Bulliant

Bulliant leni foco, ad abſolutam ſolutionem; demum ab igne ſemotis inſperg.

Lign. Santal. rub. in ſubtiliſſimum Pollen. redact. ℥ij.

Et continuè agitando donec refrixerit, f. Ung.

Lucatelli Balſamum.

℞ Unguent. Lucatell. ℥xij.
Balſ. Peruv. ℥iij. m. f. a. & f. Balſam.

Scholion.

Terebinthinæ lotio in Aquâ Roſaceâ nil boni confert; uti nec Ceræ in Vino Canarino Liquefactio: ideoque ambas in Aniculârum deliramentis pono.

Vires.

Intùs, præſtantis ſunt uſus ad Eroſiones, Contuſiones, Hæmorrhagias, Ulcera Ventriculi, Inteſtinorum, Pulmonum, Renum, Veſicæ; ad Tuſſim & Phthiſin.

Foris, ad Vulnera & Ulcera: In Clyſmis, ad Dyſenteriam, Hæmorrhoides &c.

Ung. Populneum.

℞ Gemmar. Populi nigræ (mense Februar. vel Mart. collect.) recent. tusar. ℥xxiv.

Axung. Porcin. depurat. ℔iv.

Contusis, mistis simulque maceratis adde

Herbæ Cicutæ,
Hyoscyam. alb.
Strammon.
Solani,
Telephii,
Sedi major. ā, ℥iv.

Contusa denuò simulque permista seponantur ad dies decem; deinde

Aquæ Pintâ j. affusâ,

Coque leniter, continue agitando, donec dissipetur humiditas, & Herbæ reddantur crispæ: Tunc colentur; & Torculari exprimantur, ut f. Ungnent.

Scholia.

1. Non est in Violarum foliis, ut ullum munus medicum exequi possint.

2. Umbilicus Veneris non est apud nos nunc dierum in usu.

3. Pro Foliis Papav. nigr. Strammonium intuli.

4. Lactuca Herba videtur merè esculenta,

ta, cui Natura nullas vires medicamentosas indidit.

5. Bardana manifeste calida & sicca est; atque ita primariæ intentioni hujus Unguenti frigidi repugnat.

6. Aq. Rosarum ad hanc rem non præstat fontanæ.

7. In vicem Mandragoræ, quæ rara est & difficillimè comparatur, Telephium substitui.

Vires.

Potenter refrigerat, repellit; Dolores consopit; Humores acres habetat; Inflammationes reprimit; Ambustiones sanat: Convenit in quibuscunque Affectibus calidis, ubi subita Refrigeratio & Repulsio non contraindicant.

Unguent. Regium.

℞ Ceræ citrin. nov.
Resinæ,
Pic. nigr. (vel Burgund.) ā. ℥vj.
Ol. Rosar. ℥ix.

Liquando & commiscendo f. Ung. per Telam cannabinam colandum.

VIRES.

Digerit, conglutinat, Carnem generat.

Unguent. Rosatum.

℞ Rosar. rubr. recent.
Axung. Porcin. ℔ ij.
Rad. Anchusæ ℥j.
Parum coque, & col. adde
Ol. Rhod. gut. xxiv. m. f. Ung.

SCHOLIUM.

Hoc modo compendio agitur & Labori parcitur; atque Unguentum Colore & Odore elegantissimum habetur.

VIRES.

Anodynum est, refrigerat, emollit; & tamen levitèr repellit. Inflammationes reprimit; Erosiones cuticulâ obducit.

Ung. Rubr. Desiccativum.

℞ Axung. Porcin. ℔ iij.
Lap. Calam. lævigat. ℥iv.
Tutiæ ℥ifs.

Boli,

Boli,
Colcothar. Vitriol.
Litharg. Auri,
Ceruſſæ, ā. ℥vj.
Camph. ℥ſs.
Coque lentè ad debitam Conſiſtentiam.

Scholion.

Pro Oleo & cerâ, uſus ſum Axungiâ.

Vires.

Laude digniſſimum hoc eſt Unguentum: potentiſſimè ſiccat, repellit, cicatriſat, ſanat: Ambuſtis, Eroſionibus, Mammillarum fiſſuris, pernionibus exulceratis apprimè convenit.

Libri primi Finis.

Boli.
Colcothar. Vitriol.
Litharg. Auri.
Cerussæ, ℥ j.
Camph. ℥ ß.
Coque lenè ad debitam Consistentiam.

S U P P O S I T O R I A.

V I N A S.

Liquida dicuntur hoc est Liquorum more potui dari, recepti, circumfundi, fieri. Amoris, Erotionibus, Maniarum illatis, pernionibus exulceratis

Libri primi Finis.

PHARMACOPOEIÆ DOMESTICÆ

LIBER SECUNDUS;

Ejuſmodi Medicamenta exhibens, quibus Officinæ Medicamentariæ privatæ locupletiores reddi poſſunt.

PHARMACOPOEIÆ

DOMESTICÆ

LIBER SECUNDUS;

Ejusmodi Medicamenta exhibens, quibus Officinæ Medicamentarie privatæ locupletiores reddi possunt.

PHARMACOPOEIA DOMESTICA.

Aqua Andromachi.

℞ THERIAC. Androm. Londinenſ.
Mithridatii,
Diaſcordii, ā. ℥vj.
Spir. Vin. rectif. Cong. j.
Aq. puræ Cong. iv.
Deſtill. Cong. iij.

VIRES.

Hæc ex Ingredientibus Euporiſtis conſtat: Quolibet anni tempore deſtillari poteſt;

test; & omnibus aliis Aquis Alexipharmacis longè antecellit.

Aqua Angelicæ Comp.

℞ Rad. Angel. Sativ. non siccat. ℥xviij.
Sem. Angel.
Fœnic. dulc. ā. ℥vj.
Rad. Galang.
Zinzib.
Cinnam.
Mac.
Nuc. Mosch.
Caryoph.
Cardam.
Cubeb. ā. ℥ij.
Spir. Vin. rect. Cong. j.
Aq. Coct. Cong. v.
Destill. Cong. iij.

Scholia.

1. Si cui libitum fuerit, addi possunt
Ambræ gris. gr. xij.
Mosch. gr. iv.
Optimè contrita cum Sal. Tart. ℥j. & C. C. C. ℥ij. cæteris, ante destillationem, admisceantur.

2. Inutilia; & superflua omisi, Carduum benedict. Melissam; atque Piper. Jamaicens. & Croci ā. ℥j.

Vires

Vires.

Spiritus valdè reficit: Malignitatem oppugnat; & Sudorem provocat.

Aqua Cærulea.

℞ Sal. Armon. crud. ℥iij. dissolve in Aq. Calc. Pint. j.

Stent (sine calore) in mortario Æneo, donec colorem elegantem cæruleum acquisiverint.

Vires.

Oculorum Ulceribus & maculis medetur. Guttæ ij. vel iij. pro vice, in Oculum instillentur.

Aqua Calcis.

℞ Calc. viv. ℥xvj.
Aq. font. Pint. viij.

Agitentur Baculo ligneo: deinde reponantur, donec Aqua supernatet limpida, quæ per Colum trajiciatur.

Vires.

VIRES.

Internè usurpata detergit, mundificat: Humores salsos muriaticos corrigit. Eximiè valet ad Catarrhum, Phthisin, Hydropem, Diabetem, Ulcera antiqua, tàm externa quàm interna:

Externè, ad Inflammationes, Ambustiones, Erysipelas, Herpetem, Eruptiones cutaneas; Gangrænam, Tumores Hydropicos, Ulcera corrodentia, valet.

Aqua Fallopii.

℞ Mercur. Sublimat. corros.
Alum. rup. ā. ℥ij.
Aq. font. Pint. ij.

Bulliant in vase vitreo, ad mediętatis absumptionem. Posteà stent immota per quinque dies, ut desideant fæces: Tunc Aqua limpidissima per Colum cautè effundatur.

SCHOLIUM.

Ad hunc usum, Aqua Rosarum & Plantag. (quas habet Author) non præstant Aquæ fontanæ.

Vires.

Eò excogitabatur, ut Eruptionibus, Puſtulis & Ulcuſculis remedio eſſet.

"Utimur Aquâ iſtâ, (Fallopii ſunt verba) "ſed non ſimplici; quoniam erodit: Con- "temperamus nunc duplici quantitate Ro- "ſaceæ, nunc triplici, nunc quatruplici.

Hoc quidem verum eſt, quòd in Puſtulis Ani ſolemus uti purâ Aquâ iſtâ: Et in Verrucis Priapi, purâ utimur: In Puſtulis Ani, quando videmus ſupercreſcentem Puſtulam, velut Carunculam.

In oſſe nunquam purâ utimur; niſi caſu detectum ſit Os. Nunquam fruſtratus ſum operâ iſtius aquæ.

Aqua Junip. Comp.

℞ Bacc. Junip. ℥vj.
Rad. Angel. Sativæ,
Zedoariæ,
Calam. arom.
Galang. ã. ℥vj.
Cinnam. ℥iſs.
Mac.
Nuc. Moſch.
Caryoph.
Sem. Aniſi, ã. ℥ij.
Theriac. Androm. ℥iij.

Spir.

Spir. Vin. rectif. Cong. j.
Aq. Coct. Cong. iv.
Destill. Cong. iij.

VIRES.

Cordialis est, Stomachica & Carminativa.

Aqua Rubella ad Ulcera.

℞ Bol. Arm.
Vitriol. alb.
Alum. rupei,
Aloes,
Camph. ā. ℥ss.
f. Pulv. qui cum
Aq. Calc. Pint. iv.
Coq. in vase figulino ad hor. j.
Deinde ab Igne semoveatur; & Liquor, quando friget & clarescit, effundatur in Lagenas vitreas.

VIRES.

Ulcera mundificat, detergit & desiccat.

Aqua

Aqua Scorbutica.

℞ Herb. Cochlear. hort. ℥xij.
Becab.
Nasturt. aquat.
Salv.
Menth. ā. ℥vj.
Cort. externi recent. Aurant. N° vj.
Nuc. Mosch. ℥vj.
Cerevis. Brunswicens. Pint. xij.
Destill. Pint. vj.

Aqua Styptica Sydenhami.

℞ Vitriol. Hungar.
Alum. rup. ā. ℥j.
Phlegmat. Vitrioli ℥viij.
Coque, donec omnia fuerint dissoluta. Liquorem frigefactum filtra; & à Crystallis subindè natis separa. Liquori residuo adde
Ol. Vitriol. duodecimam partem.

Vires.

Hoc Liquore Linteamina imbuta & applicata Sanguinem sistunt, ex quâcunque demûm parte idem defluat.

Aqua Thymi,

pro

Aqua Stephani.

℞ Herb. Thymi,
Ocimi citrat. ā. ℥iſs.
Ment.
Puleg.
Roriſm.
Flor. Lavend. ſiccat. ā. ℥vj.
Rad. Zinzib.
Galang.
Cinnam.
Caryoph.
Nuc. Moſch.
Gran. Parad. ℥j.
Sem. Aniſi,
Fœnic. d.
Carui, ā. ℥iſs.
Spir. Vin. rect. Cong. j.
Aq. dulcis Cong. iv.
Deſtill. Cong. iij.

VIRES.

Cognationem quandam habet cum Aquâ Mirabili;

Mirabili; sed minus eâ Aromatibus exoticis impregnatur.

Stomachica, Cardiaca & Cephalica est. Puerperarum Julapia frequentissimè ingreditur.

Aqua Viridis.

℞ Ærug. pulv. ℥ss.
Auripigment. ℥vj.
Alumin. ℥iij.
Coq. in Vin. alb. Pint. j. ad medias: & cum refrixerint, adde
Aq. Plant. ℥xij. m.

Vires.

Ad Carnem fungosam exedendam, ad Fistulas callosas, Ulcera sordida & Cacoethea mundificanda adhibetur: Sed cautè est usurpanda.

Decoctum Antilyssum.

℞ Rasur. Stanni ℥iv.
Herb. Rutæ,
Scorodon. (vel ejus defectu, Salv.) ā. ℥j.
Alæ opt. Pint. iv.

Coq.

Coq. ad Pint. ij. sub finem addendo
Rad. Allii contus. ℥ij.
Et in fine,
Theriac. Londin. ℥j. Col. adde
Aq. Mithridat. ℥ij. m.

Vires.

Contra morsum Canis rabidi aut cujuslibet Animalis venenosi, propinentur hujus ℥iv. omni vesperi, & ℥iij. omni mane, per novem dies.

Decoct. Astringens.

℞ Terræ Japon. ℥j.
Cort. Granat.
Balaust. ā. ℥ss.
Decoct. alb. Pint. iij.
Coq. ad ℥xxvj. Col. subtilendo depur. adde
Aq. Cardiacæ maj. ℥ij.
Syr. Astring. ℥iv.

Vires.

Ventriculi & Intestinorum fibras corrugando & firmando, Vomitioni & Diarrhææ occurrit; quoties non ab Humorum

rum acrimoniâ, ſed à Partium Laxitate & Lubricitate, oriuntur.

Decoctum Cephalicum.

℞ Raſ. Lign. Guaiac.
Saſſafr. ā. ℥ſs.
Coq. in Aq. font. Pint. iij. ad iſs. Col. adde
Rad. Pæon. recent. ℥j. coq. ad ℥xij. ſub finem addendo
Summitat. Roriſmar. ℥ſs.
Flor. Stæchad. contuſ. ℥ij.
Mac.
Nuc. Moſch.
Sem. Carui,
Coriand. ā. ℥j. Col. adde
Aq. Cephalicæ,
Syr. Cephalici, ā. ℥ij.
Spir. Lavend. Comp.
Cochlear. ā. ℥ij. m.

Decoct. Coccineum.

℞ Nitri, ab ℥ſs. ad ℥j.
Coccinel. ℈j.
Sacch. ab ℥ij. ad ℥iv.
Aq. font. Pint. ij. Coq. & deſpuma.

VIRES.

Refrigerat; Sitim ſedat; Urinam pellit.

Decoct. Cort. Peruv.

℞ Cort. Peruv. pulv. ℥ij.
Sal. Tart. ℥j.
Aq. font. Pint. iij. Coq. ad j.
Cola: & Magmati reſiduo affunde iterum
Aq. font. Pint. iij.
Coq. ad Pint. j. ſub finem addendo
Balſ. Tolut. ℥ij.
Coccinel. ℈ij. quando refrixerint.
Utræque colat. commiſtæ repon. per horam; ut partes Corticis craſſiores deponant.

Decoct. Epidemium.

℞ Rad. Serpent. Virg. ℥ſs.
Contrayerv. ℥ij.
Aq. font. Pint. iſs.
Coq. ad ℥xij. col. fervens affundatur ſuper
Theriac. Androm.
Mithridat

Mithridat. á. ℥ij.
Coccinel. ℈j.
Clauſo vaſe, digerantur in Balneo, ad hor. j. dein Col. ſine expreſ. factæ adde
Aq. Mithridat. (vel Androm.) ℥ij. m.

VIRES.

Contra venena & Febres malignas valet: Cor reficit: Sudorem proritat. Locum habet, quando Spiritus languent; & tamen eodem tempore, nec Viſcera nec Sanguis valdè calent & æſtuant. Doſ. Cochl. iij.

Decoct. Ficuum.

℞ Ficuum,
Paſſul. exacinat. á. ℥ij.
Glycyrrh. ℥ij.
Hord. Perlat. ℥ſs.
Aq. font. Pint. iij.
Coq. ad Pint. ij. & Col.

SCHOLIUM.

Quando per Anni tempora, Ficus arefactæ parum valent vel Ruri non væneunt, earum vicem Conſervæ Roſ. rubr. ℥j. commodè præſtet.

Vires.

Eluviem Seroſam incraſſando atque Gulam leniendo & lubricando, Tuſſi laborantibus ſuccurrit.

Decoct. Fracaſtorii.

℞ Elect. Epidem.
Bol. ver. pulv. ā. ℥vj.
Decoct. alb. ℥x.
Coq. ad ℥viij. colat. clar. add.
Aq. Ment. ℥ſs.
Cardiacæ maj.
Syr. Paregorici ℥iſs. m.

Decoct. Incraſſans.

℞ Gum. Arab. craſſè pulv. ℥iij.
Coq. in Aq. Hord. limp. Pint. ij. ad ℥xxviij. adde
Syr. Alth. ℥iv.
Album. Ovor. conquaſſ. N°. ij. m. & Col.

Decoct

Decoct. è Lignis.

℞ Raſ. Guaiac. ℥iv.
Saſſafr. ℥ij.
Sant. citrin.
rubr. ā. ℥j.
Ebor.
Corn. Cerv. ā. ℥ſs.
Coq. in Aq. font. Pint. xij. ad vj. Col.

Decoct. Limonum.

℞ Aq. font. Pint. ij.
Glycyrrh. ℥ſs.
Succ. Limon. ℥iij.
Sacch. alb. ℥ij.
Coq. ad deſpum. & col.

Decoct. è Symphyto.

℞ Rad. Symph. maj.
Urticæ, ā. ℥ij.
Sem. Papav. alb.
Hyoſcyam. ā. ℥ſs.

Coq. in Aq. Pint. iij. col. ℥xxviij. diſſolve

Sacch. Saturni gr. xxxij.
Alum. gr. xvj.
Sang. Drac. ℈iv.
Syr. Balſam. ℥iv. m.

Decoct. Zedoar. Comp.

℞ Rad Zedoar. ℥ſs.
Contrayerv.
Angel. Hiſpan.
Raſ. Ebor.
C. C. ā. ℥ij.

Coq. in Aq. Hord. limp. Pint. iiſs. ad ℥xxviij. ſub finem addendo

Theriac. Androm.
Mithridat.
Diaſcord. ā. ℥j.
Croci ℈j.
Coccinel ℈ij.

Colat. adde Aq. Mithridat.
Loinac. ā. ℥ij.
Syr. de Vetonicâ ℥iv.
Succ. Cherm. col. ℥ſs.
Fol. Auri N°. iv. m.

Electu-

Electuarium contra Abortum.

℞ Conſerv. Cydon.
Roſ. rubr.
Nuc. Moſch. cond.
Succ. Chermes col.
Syr. Cydon.
è Corallis, ā. ℥ſs.
Troch. de Bolo ℥iij.
Pulv. Aromat. Comp.
Croc. Mart. aſtring. ā. ℥ij.
Sacch. Saturn. ℥j.
Ol. Nuc. Moſch.
Cinnam. ā. gut. ij. m.

Electuarium Album.

℞ Ceruſſæ Antimon. rectè parat. ℥j.
Sacch. alb. ℥iij. optimè miſtis adde
Syr. Balſam. ℥j. vel q. ſ. m. f. Elect.

Vires.

Ad Sanguinem depurandum, Cachexiam, Eruptiones cutaneas. Doſ. ℥iij. bis in die.

Elect. Aſtringens.

℞ Conſerv. Roſ. rubr. ℥ij.
Diaſcord. ℥ſs.
Boli ℥ij.
Sang. Drac.
Balauſt. ā. ℥j.
Ol. Nuc. Moſch.
Cinnam. ā. gut. ij.
Syr. è Roſ. ſicc. q. ſ. m. f. Elect.

Vires.

Hujus eſt potiùs Diarrhœam quam Hæmorrhagiam ſiſtere.

Elect. Chalybeatum.

℞ Conſerv. flaved. Limon. ℥iſs.
Aurant. ℥j.
Zinzib. cond.
Rubig. Ferri (ſubtiliſſimè levig.) ā. ℥ſs.
Ol. Nuc. Moſch. gut. iv.
Caryoph. gut. ij.
Menth.
Abſinth. ā. gut. j.
Syr. Chalyb. q. ſ. m. f. Elect.
Doſ. ℥ij ℥iij.

Elect

Elect. de Cinnamomo.

℞ Cinnam. ℥j.
Rad. Galang. ℥ij.
Caryoph.
Mac.
Nuc. Moſch.
Cardam.
Sem. Aniſi, ā. ℥j.
Zinziber. ℥ſs.
Croci ℈j.
Moſch. ℈ſs.
Mellis ℥vj.
Coq. ut fiat Electuar: ſ. a.

Vires.

Non multum diſcrepat ab illo Diacinnamomum dicto: Stomachicum, Cardiacum & Aſtringens eſt.

Elect. Hæmoptoicum.

℞ Sem. Papav. alb.
Hyoſcyam. alb. ā. ℥ſs.
Conf. Roſ. rubr.
Syr. de Mecon. ā. ℥iſs. m. f. Elect.

Elect. Hamech.

℞ Cort. Myrobal. citr. ℥v.
Pulp. Colocynth.
Rad. Polypod. qu. ā. ℥iſs.
Herb. Abſinth. vulg.
Thymi,
Flor. Roſ. rubr. ā. ℥ſs.
Contuſa omnia macerentur per diem integrum in
Aq. font. Pint. vj.
Deinde coquantur ad medias: & Liquori expreſſo adde
Succ. Fumariæ,
Pulv. Prunor.
Paſſular. ā. ℥vi.
Sacch. alb.
Mell. liqu. ā. ℥xij.
Coque ad Mellis Conſiſtentiam, inſpergendo ſub finem
Pulv. Agar. Trochiſc.
Sennæ, ā. ℥ij.
Rhabarb. ℥iſs.
Diagryd, ℥vj.
Ciunam. ℥ſs.
Zinzib. ℥ij.
Sem. Aniſi,
Spicæ Nardi, ā. ℥iſs. f. Elect.

Scholia.

1. Myrobalani omnes viribus ſunt parum diverſæ: Ergo Citrinæ ſolæ ſufficiant.

2. Violæ aliquatenùs mucilaginoſæ & lubricæ ſunt; atque eo nomine, Myrobalanis & Genio hujus Electuarii Auſtero repugnantes videntur.

3. Semen Aniſi & Fæniculi, ſi percoquantur, omnes ſuas vires amittunt: Quare illa, hoc loco, omittenda cenſui.

4. Epithymum nil huc virtutis affert.

5. Malim ego Ingredientia macerare in Aquâ fontanâ purâ, quam in illo Sero Lactis putredini obnoxio.

6. Semen Fumariæ, ut mirum quiddam & inuſitatum abſtuli.

Vires.

Ut ſincerè & ex Animo loquar; Hoc mihi videtur Monſtrum horrendum, informe, ingens. Hujus tamèn viribus Monſtra morboſa, ſc. Cancrum, Elephantiaſin, Melancholiam, Maniam; uti & Impetiginem, Pſoram & quoſcunque propemodùm Affectus Cutaneos devinci poſſe, olim credebatur.

Doſis eſt à ℥ij. ad ℥vj.

Cæterùm quia peſſimè ſapit, Clyſinis commodius quam Potionibus accommodatum eſt.

Elect. Laxativum.

℞ Sennæ,
Crem. Tart. ā. ʒij.
Elect. Lenitiv. ʒiij.
Syr. Roſ. ſolut. q. ſ. m. f. Elect.

Elect. Maſtichinum.

℞ Conſerv. Roſ. rubr. ʒij.
Pulp. Paſſul. ʒj.
Pulv. Maſtic. ʒiſs.
Nuc. Moſc. ʒſs.
Ol. Aniſi gut. j.
Syr. Paregor. q. ſ. f. Elect.

Vires.

Seri acris extillationem inhibendo, Gulæ irritationem demulcendo & Laryngis teneritudinem ſanando, Tuſſim cohibet & curat.

Elect.

Elect. Rheumaticum.

℞ Pulv. Rad. Jalap.
Turpet.
Hermodact.
Tart. Vitriol. ā. ℥ij.
Ol. Aniſi gut. iv.
Elect. Lenitiv. ℥j.
Syr. Solutiv. q. ſ. f. Elect.
Doſ. à ℥ij. ad ℥ſs.

Elect. Rubicundum.

℞ Cinnab. Antimon. exquiſitè lævig. ℥j.
Sacch. alb. ℥iij.
Spir. Lavend. comp. ℥iij.
Syr. Cephal. ℥j. vel q. ſ. f. Elect.

Vires.

Sanguinem depurat: Obſtructiones partium Nervoſarum aperit: Ulcera ſanat: Affectus chronicos amovet. Specificum verò audit contra Epilepſiam & cujuſcunque generis morbos à Spirituum Exploſione prognatos.

In Paralyticis verò & ubicunque Syſtema Nervoſum debile exiſtit, forſan non convenit:

venit: Namque in Cinnabare latet Mercurius.

Elect. Solutivum.

℞ Pulp. Prunor. Damasc. ℥ij.
Tamarind. ℥ss.
Pulv. Sennæ,
Crem. Tart. ā. ℥ij.
Syr. Solut. q. s. f. Elect.
Detur à ℥ij. ad ℥ss. vesp.

Elect. Stomachicum.

℞ Conf. Ros. rub.
Absinth. Roman. ā ℥iss.
Menth.
Flaved. Aurant.
Zinzib. in Indiâ conditi,
Theriac. Androm. ā. ℥ss.
Ol. Cinnam.
Caryoph. ā. gut. iij.
Syr. Cydon. q. s. f. Elect.

Elect. Stypticum.

℞ Conf. Ros. rubr. ℥j.
Fruct. Cynosb.

Boli,

Boli, ā. ʒſs.
Terræ Japon.
Sang. Dracon.
Alum.
Sacch. Saturn. ā. ʒij.
Syr. Paregor. q. ſ. f. Elect.
Doſ. ʒij.

Elect. è Zinzibere.

℞ Conſerv. Roſ. rubr. ʒiij.
Zinzib. cond. ʒj.
Ol. Cinnam. gut. iv.
Caryoph. gut. ij. m.

Elixir Aromatico-Amarum.

℞ Elixir Propriet. Alcaliſat.
Spir. Lavend. Comp. ā. ʒj.
Caryoph. contuſ. ʒij. gr. xxiv.
Gran. Parad. ʒiſs. gr. vj.

Digerantur leni tepore per triduum; & col. ſine filtratione.

Doſ. à gut. xv. ad xxx. ex hauſtu Vini albi generoſi Montani.

Elixir

Elixir Stomachicum.

℞ Rad. Gent.
Cort. exter. Aurant. recent. ã. ℥iv.
Coccinel. ℥j.
Spir. Vini Gall. ver. Pint. iv.
Macerentur in frigido per tres dies: Deinde coletur Tinctura sine Expressione.

VIRES.

Ventriculo, Intestinis & Capiti amicissimum est; sed Vermibus infestus hostis.
Dos. à. ℈j. ad ℥j.

Elixir Vitæ.

℞ Cinnam.
Nuc. Mosch. ã. ℥j.
Mac.
Caryoph. á. ℥ss.
Croci ℥ij.
Cort. exter. Aurant.
Limon. ã. ℥iij.
Spir. Vini Tartarisat. Pint. ivss. Stent in frigido (subindè agitando) per Septimanam:

nam. Deindè Tinctura à Fæcibus per Decantationem accuratè ſeparetur.

Detur à ℈j. ad ℈iv.

VIRES.

Ventriculum ſolatur: Flatus diſcutit: Vomitum prohibet: Coctionem adjuvat: Cor reficit: Vires reparat.

Elixir Vitrioli.

℞ Rad. Galang.
Calam. arom. ā. ℥j.
Caryoph.
Nuc. Moſch. ā. ℥ſs.
Cubeb.
Zinzib.
Gran. Parad.
Herb. Menth. ſiccat. ā. ℈ij.
Aq. Cardiac. maj. ℥iv.
Spir. Vitriol. dulcis Pint. ij.

Digerantur in Balneo per triduum: Deinde coletur Elixir, & ſubſidendo depuretur.

VIRES.

Ventriculo (ubi non peccat Acidum) mirificè gratum eſt.

Doſ.

Doſ. in Vehiculo idoneo, à gut. xv. ad xxx.

Empl. contra Abortum.

℞ Empl. Vitriolic. ℥viij.
Galban. colat. ℥iij.
Opii (Sp. Vini ſolut. & ad conſiſtent. redact.) ℥j. m. f. Empl.

Empl. Arthriticum.

℞ Gum. Elemi,
Colophon.
Pic. Burgund, á. ℥ij.
Ceræ citr. ℥iiſs.
Pulv. Minii,
Maſtich.
Olib.
Bol. á. ℥ij.
Petrol.
Ol. Spicæ,
Aniſi, á. ℥iſs. f. Empl. ſ. a.

Emplaſtrum de Bolo.

℞ Empl. Vitriolici ℥vj.
Pic. Burgund. ℥j.
Boli,

Boli,
Sang. Drac. ā. ʒſs. m.

VIRES.

Ad partium laxitatem emendandam, ad Humorum affluxum inhibendum, ad Lac è Mammis repellendum; Item ad contuſiones recentes & Ecchymomata uſurpatur.

Empl. Carminans.

℞ Gum. Ammon.
Galban.
Bdellii, ā. ʒj.
Olib.
Myrrh ā. ʒſs.
Opii ʒij.
Diſſolvantur in Aceto Scillitico; iterumque inſpiſſatis adde
Ceræ citr.
Colophon. ā. ʒvj.
Balſ. Peruv.
Ol. Laterit. ā. ʒij.
Petrol. ʒj.
Ol. Carui ℈j.
Terebinth. Ven. q. ſ. f. Empl.

VIRES.

VIRES.

Ad Flatum & Tumorum indè natorum Diſcuſſionem efficaciſſimum eſt.

Empl. de Caſtoreo.

℞ Galb. col. ℥iiſs.
Caſtor. ℥j.
Euphorb. ℥ſs.
Ol. Succin. ℥j.
Balſ. Capiv. q. ſ. f. Empl.

VIRES.

Uſui eſt, ad Caput calefaciendum & Spiritus excitandos, in Affectibus Soporoſis & Paralyticis.

Empl. Catarrhale.

℞ Empl. Reſinoſ. ℥iij.
de Croco,
Gum. Tacamahac.
Carannæ, á. ℥ij.
Simul liquatis & paulum refrigeratis adde

Balſ.

Balſ. Tolut. pulv. ℥vj.
Peruv. ℥ij.
Ol. Caryoph. ℈ij.

Continuè agitentur, donec Maſſa ſubſiſtat & Emplaſtri conſiſtentiam acquirat.

VIRES.

Capiti raſo applicitum Pericranium fovet, calefacit, roborat; atque eo modo Cephalalgiam, à cauſâ viſcidâ externâ natam compeſcit, Catarrhumque exindè depluentem cohibet.

Empl. de Colophoniâ.

℞ Butyri recent. inſulſi,
Sev. Ovin.
Ceræ citrin.
Colophon. ā. q. v.

Liquefiant ſimul & colentur.

Empl. Crocatum.

℞ Galban. col. ℥vj.
Empl. de Melilot.
De Litharg. Simpl. ā. ℥iij.
Ceræ citrin. ℥ij.

Tereb. Venet. ℥j.
Croc. pulv. ℥vj. m. f. Empl.

Empl. Diſcutiens.

℞ Empl. de Litharg. Gummoſ. ℥iv.
Gum. Ammon. col. ℥iij.
Ceræ citr.
Balſ. Sulph. Batean. á. ℥ſs.
f. Empl.

Empl. Dorſale.

℞ Empl. ad Ramicem,
Vitriolici, á. ℥vj. f. Empl.

Empl. de Galbano Comp.

℞ Galban. colat. ℥xij.
Ceræ citr. ℥viij.
Tereb. Venet. ℥v. f. Empl.

Vires.

Tumores duros digerit, emollit, reſolvit: Membrorum Dolores, Humorum frigidorum influxu & ſtagnatione natos tollit.

Hyſtericis

Hyſtericis opem fert: atque hoc porro commodi habet; quod non adeo ac Galbanum per ſe applicatum firmiter adhæret, quin ſi uſus fuerit, facilè amoveri poteſt.

Empl. Griſeum Salæ.

℞ Reſinæ,
Gum. Elemi,
Ammon. colat.
Ceræ flav. ā. ℥iij.
Simul coque: & demum adde
Regul. Antimon. ſubtil. lævig. ℥iv. m. f. Empl.

Empl. de Melle.

℞ Mellis ℥ij.
Ceræ flav.
Ung. alb. ā. ℥ſs.
Sapon. Caſtil.
Spir. Vin. commun. ā. ℥j.
Piper. nigr. ℥j.
Coq. ad Conſiſtent. Emplaſt.

VIRES.

Ad prohibendum Lactis Affluxum in Mammas, inibique Coagulationem.

Empl. Mercuriale.

℞ Empl. de Litharg. Simpl. ℔j.
Gum. Ammon. colat. ℔ſs.
Liquefactis adde
Mercur. viv. ℥viij.
Terebinth. Venet. ℥j.
Styrac. liqu. ℥ſs. m. f. Empl. ſ. a.

Empl. Pectorale.

℞ Tacamahac. col. ℥iv.
Terebinth. Venet.
Ceræ, á. ℥j.
Liquefactis adde
Pulv. Benzoin.
Styrac. calam. á. ℥j.
Croci ℈iv.
Ol. Aniſi gut. lxiv.
Nuc. Moſch.
Caryoph. á. gut. xxxii.
Jugi agitatione f. Empl.

VIRES.

VIRES.

Muſculos Thoracis colluvie viſcidâ gratos, & tuſſiendi labore teneros factos fovet & roborat; & contra Frigoris ſuſceptionem defendit.

Empl. Puniceum.

℞ Galban. col. ℥iij.
Pulv. Maſtich. ℥vj.
Tereb. Cypr.
Pic. Naval. ā. ℥iſs.
Ducantur cum Piſtillo calido in Mortario calido; mox addendo
Ol. Mac. expreſſ. ℥ſs. & denique, paulatim
Pulv. Balauſt. ℥iſs. m. f. Empl. ſ. a.

VIRES.

Calefacit; aſtringit; roborat, & Exoſiones Hyſtericas coercet.

Empl. Saturni.

℞ Plumbi uſti & loti ℥ij.
Sevi Ovini,
Ceræ albæ, ā. ℥iſs.
Terebinth. ℥vj.
Lapid. Calam. præp.
Ceruſſæ lotæ, ā. ℥ſs.
Pompholig.
Tutiæ præp. ā. ℥ij.
Myrrh.
Maſtich.
Olib. ā. ℥j.
Aloes,
Camph.
Nitri, ā. ℥ſs. f. Empl.

VIRES.

Valet contra Ambuſta, Inflammationes, Tumores; nec non ad Vulnera & Ulcera quævis maligna, fætida, corrodentia, Fiſtulas, Cancrum, &c. uſurpatur.

Empl. è Spermate Ceti.

℞ Ceræ alb. ℥iv.
Galban. col. ℥j.
Sperm. Ceti ℥ij. m. f. Empl.

VIRES.

Hoc Emplastrum (inquit Franc. Sylvius) non tantùm Sanguinem in externis Corporis partibus omnibus, sed Lac quoque in Mammis à coagulatione præservat: Quin non rarò mediocriter coagulatum iterum solvit & discutit, aut restituit.

Empl. Spleneticum.

℞ Empl. de Ammon. Comp. ℥iv.
de Croco,
è Cymino, ā. ℥ij.
Balsam. Peruv. ℈iv. m. f. Empl. s. a.

Empl. Stomachicum.

Empl. de Menthâ ℥iij.
de Croco ℥ij.

Tereb. Venet.
Balſam. Peruv. ā. ℥ij.
Caryoph. pulv. ℥ſs. f. Empl.

VIRES.

Ventriculum reficit & roborat: Vomitionem ſedat: Coctionem adjuvat.

Empl. Suppedale.

℞ Empl. Reſinoſi ℥iv.
Galban. col. ℥j.
Pulv. Euphorb. ℥ſs.
Camphor.
Ol. Succin. ā. ℥ij. m. f. Empl.

Empl. Theriacale.

℞ Theriac. Androm. ℥vj.
Terebinth. Venet. ℥ij.
Ol. Caryoph. gut. iv.
Abſinth.
Menth. á. gut. i. m.

Empl.

Empl. Volatile.

℞ Tereb. Venet. puræ ℥j.

Agitetur in mortario marmoreo; ſenſim affundendo

Sp. Sal. Armon. cum Sale Tart. parat. ℥j.

Continuè agitentur, donec in Craſſamentum album coeant: Tunc paulatim inſperg. & commiſc.

Benzoin. pulv. ℥ſs. m. f. Empl. mox applicandum: Si diutius enim reponatur, Spiritus amittet.

Infuſum Amaro-Aromaticum.

℞ Rad. Zedoar.
Galang.
Angel. Hiſpan.
Gent. ā. ℥ij.
Cort. exter. Aurant. ℥ſs.
Cardam.
Cubeb.
Caryoph. ā. ℥j.
Granar. Parad.
Croci,
Coccinel. ā. ℈j.

Sal. Abſinth. ℥j.
Aq. puræ Pint. ij.
Cardiac. major. ℥iv. m.

Macerentur per triduum in frigido; & coletur Liquor ſine Expreſſione.

VIRES.

Ventriculo, Viſceribus & Cerebro ſolamini eſt: Sanguinem crudum concoquit: Spiritus reficit: Cachexiam emendat: Arthritidem Interiora occupantem ad exteriora propellit.

Infuſum Epidemicum.

℞ Elect. Epidem. ℥vj.
Pulv. Cinnam. ℥ij.
Coccinel. ℈j.
Aq. Menth. ℥iv.
Decoct. C. C. C. limpidi ℥xij.
F. Infuſio calida & clauſa per hor. j.
Col. ſine Expreſſione fact. adde
Syr. Paregor. ℥iſs. m.

VIRES.

Stomachicum, Cardiacum, Diaphoreticum & Paregoricum. Hoc Infuſum egregii

gii uſûs eſt, ad Languores, Vomitum, Diarrhœam &c. in iſtiuſmodi Febribus, (vel Ardentibus vel Malignis) quæ Spiritus Vinoſos non admittant.

Doſ. cochl. v. per vices.

Lohoch de Allio.

℞ Rad. Allij mundat. ℥iv.
Coq. in Aq. font. q. ſ. ad mollitiem.
Tum Liquor exprimatur; & Allii Maſſa contuſa per Cribrum tranſmittatur.
℞ Hujus Liquoris Pint. j.
Mellis ℥xij.
Coq. ad Conſiſtent. ſpiſſam.
Demum additâ Pulpâ, quam optimè commiſceantur.

Vires.

Potentiſſimè calefacit, attenuat, expectorat.

Lohoch Sulphureum.

℞ Flor. Sulphur.
Ol. Amygd. dulc. ā. ℥j.
Crem. Tart. ℥ij.

Ol. Nuc. Moſch. gut. iv.
Sacch. cand. alb. ℥ij.
Syr. Althææ ℥iij. m.

VIRES.

Ad Faucium, Gulæ & Laryngis Inflammationem & Intumeſcentiam, capiatur ſubinde cochleare j.

Aliquibus ventrem ſolviſſe obſervatum fuit.

Oxymel Aſthmaticum.

℞ Rad. Zedoar. ℥j.
Coq. in Aq. font. Pint. ij. ad iſs. Col. adde
Gum. Ammon. (in Acet. ℥iv. diſſolut.) ℥j. Colat. adde
Mellis ℥iv.
coque, deſpuma & cola.

Oxymel Pectorale.

℞ Rad. Enulæ,
Irid. Florent. ā. ℥vj.

Coq.

Coq. in Aq. font. Pint. ij. ad iſs. Col. adde

Gummi Ammon. (ſoluti in Acet. ℥iv.) ℥j.
Mellis ℥iv.
Coq. deſpumando, & col.

VIRES.

Pulmonum Vaſcula infarcta recludit, conniventia dilatat; eorumque Tonum reſtituit roboratque.

Contra Orthopnæam & Aſthma, plurimum poſſe credibile eſt.

Dentur Cochlearia iij. veſp. & mane, per Menſes aliquot.

Paſſulæ Sennatæ.

℞ Crem. Tart. pulv. ℥iv.
Diſſolv. ſuper cineres calid. in
Aq. font. ℥vj. deinde adde
Paſſul. Corinth. (à ſtipitibus fæcibuſque purgat. ſed non lot.) ℥iv. atque
Sacculum ex
Sennæ ℥vj.
Zinzib. ℥ij.
Caryoph. ℥j.

F. Infuſio calida & clauſa, donec Paſſulæ molles ac turgidæ reddantur.

Tunc, Sacculo ſæpiùs in Liquorem immerſo, fortiter expreſſo, & tandem abjecto, diſſolvatur in portione aliquâ Liquoris

Mannæ ℥j.

Colatura cæteris reddatur; atque inſuper adde

Syr. Solutiv. ℥ij.
Aq. Cardiac. maj. ℥j.

VIRES.

Ad Alvum ſoliçitandum præbeatur Paſſul. & Syrup. ſimul ſumpt. Cochl. j. veſperi & manè, quoties uſus fuerit.

